



**Theodori Bezae pro corporis Christi veritate, aduersus
Vbiquitatis comm?n[t]um, & Guilielmi Holderi conuitia,
responsio. : Addita est responsio altera, aduersus putidißimas
Iacobi Andreæ calumnias.**

<https://hdl.handle.net/1874/431511>

THEODORI
BEZAE PRO COR-
PORIS CHRISTI VE-
ritate, aduersus Vbiquitatis comméatum,
& Guilielmi Holderi conuitia,

R E S P O N S I O.

*Addita est responsio altera, aduersus puti-
dissimas Iacobi Andreaca-
lumnias.*



GENEVÆ,
APVD EVSTATHIVM VIGNON.

M. D. LXXXI.

THEODORI

BENAE PRO COR-

PORTIS CHRISTI AE-

TERE JESU VPIPIUS COMITATU-

RE GALLIAE HIBERNIAE COUNCIL

LEADER.

...
...
...
...
...
...



GENUA

ALD EUDALIA MOCOLO

—
—
—
—
—



THEODORI BEZÆ
PRO CORPORIS CHRI-
*sti veritate aduersus Ubiquitatis co-
mentum, & Guilielmi Holderi
conuictia Responsio.*

V quidem, Holdere, ad mihi male-dicendum vel tua sponte inductus, vel ab aliis conductus, mihi conuictior, quandiu & quantum voles. Mihi vero tum existimationem meam re potius quam verbis, tum veritatem solidis argumentis disputando, non rixando, tueri semper fuit constitutum. Quia tamen silentio meo vos insultare tam insolenter video, agam etiam tecum non nihil, ut & quam vera in me scribas, & quam appositi disputeres, omnes intelligant.

Libelli tui inscriptio est, Admonitio de Theodori Beza libello aduersus D. Pappum. Atqui si libellus meus cum admonitione tua conferatur, nihil minus tibi propositum fuisse liquebit, quam ut argumenta vel Pappi tuceris, vel mea refutares, quod fieri tamen oportuit, ut huic inscriptioni res ipsa responderet. Collegeras igitur ista nimium iam pridem: & Osiandri vestigia sequutus, Pappo tu quoque paupare maluisti, quam ostentandi ingenii tui occasionem praeterire. Sed de hoc tuo

consilio tu videris. Hoc autem ego coram Deo testor, me in vnam veritatem intentum, si quid vel in tuo, vel in cuiusquam alterius scripto reperisse, ex quo me in errore versari inteligerem, ultra fuisse veritati cessurum: nec alia ratione in pristina sententia permanere, quam quod vestris argumentis vestra quidem magis ac magis à vobis ipsis destrui, nostra verò confirmari, mihi quidem adhuc videantur.

Succedit inscriptioni tuæ præfatio Theologici Tübingeris Collegii nomen præferens, qua me nimirum, quasi Gorgone quadam obiecta, perterrita refacere voluisti. Mihi verò non terribile, sed amabile potius fuerit Theologici Collegii & quidem Tübingeris nomen, in quo et si non nulli nunc sedeant parum aequi, vel potius iniquissimi mihi iudices, vix tame mihi persuasum fuerit, nullum esse in eo veritatis & innocètiae defensioni locum relictum. Nonnullis igitur potius quam omnibus, & temporipotius quam personis agendum hęc iniuria mihi facta tribuat, quam tamen à me repelli par est. Quod ergo Præfationis istius scriptores in ipso statim exordio, tum veteris tum novi templi (vt loquuntur) statum seu conditionem à fortuna suspendunt, viderint quam Theologicè id faciant: & quam verè quoque subiiciat, nullos Ecclesiæ instaurationē magis impediuisse, quam nos Sacramentarios quos vocant. Nempe vt inquiūt, quod negata vera corporis & sanguinis Christi præsencia, Miseratiō hominis Christi detrahimus. Nam etiā tam verum id esset quam falsum est, tamen deterriores adhuc nobis certè atque nocentiores comprehendentur Antinomilegēm Dei penitus abolētes:

Libertini omne tollentes turpis & honesti discrimen: Anabaptistæ vix vilum Christianæ fidei dogma saluum relinquentes: Tritheitæ Deitatis essentiam discerpentes: noui Ariani Deitatē Christi abrogantes, quibus si Brentianos adiunxero, quod Brentius Recognitionis pag. 43, & 44. dissertationis verbis scribat, *Deum non aliter in Christo sua effentia, & potentia, quam in Petro habitare, nec aliter Christum quam Petrum implere, & hoc unum esse inter Petrum & Christum discrimen, quod Deus in Petrum tantum nonnullas, in Christum vero omnes suas proprietates effuderit, num illis iniuriā fecero?* Imò hoc ipsum dogma, neque à Nestorii in naturarum separatione, neque in Essentialium proprietatum confusione ab Eutychetis blasphemia discrepare contendi, & adhuc contendo, etiam si pro Brentiana effusione, Kemnitiana ~~ωειχόνος~~ astutè substituatur. Nos vero quinam de Christi humanitatis maiestate quicquam detrahimus, qui Christū hominem, non quatenus homo est, nec qua homo ipse est, sed quatenus τὸ λόγος sic unitus est ut etiam in eo subsistat, non Diuinum (ut est Petrus vel etiam Angelus quispiam, quorum nullus est Deo hypostaticè unitus) ac ne diuinissimum quidem, sed verum esse & aeternum Deum: si vero in se distinctè consideretur, supra cæteras res omnes creatas, summas, medias & infimas, euctum esse, ac proinde, ut loquuntur Patres, seipso respectu diuerso, tum maiorem, tum minorem esse, ex Dei verbo sentimus & docemus? Sed negat, inquit, Beza veram Christi presentiam in Cœna Domini, ut quā procul Christi corpus abesse ab illo pane dicat, quam summi cali à terris absunt. Hoc fatetur Beza, quia sic

corporis Christi veritas, cui corporis glorificatio naturam, id est circumscriptionem, autore ipsomet Christo, non ademit, & eiusdem tum supra cælos ascensio, tum è cælis reuersio, ipse denique Sacramentorum finis postulent. Sed illud primum dicit Beza, ineptissimè colligi, abesse à Cœna quod à symbolis locorum interuallo abesse rectè & verè dicitur. Deinde negat Beza se negare veram & illis immotis principiis, ac proinde analogiæ fiduci consentientem veri corporis & sanguinis Christi in Cœna præsentiam atque *notariav*. Hæc autem controuersia, non conuitia ingerendo, non argumenta proposita partim prætercundo, partim eludendo, sed sigillatim bona fide recensendo, expendendo, solidioribus argumentis in timore ac tremore Domini sincerè refutando, dirimatur oportet: quod Beza sese pro viribus studiis testatur ex suis omnibus scriptis apparere. Sed habet isti Beza aduersarii paratam scilicet idoneam exceptionem: *non esse nimirum nos audiendos, ut qui non verbi Diuini, nec Patrum autoritate, sed Philosophorum, Medicorum, Rerorum, Grammaticorum armis instructi pugnemus, quum tamen non meliores Philosophi quam Theologismus*. Ego vero de illo priore, id est, num humanis rationibus nitamur, postea pleniùs dicam: nunc autem quæ sit ista posterior criminatio videamus.

Brætius, vt modò dixi, & rursum prolatis ipsius verbis ostendam, inhabitationem Deitatis in Christo homine, ab eiusdem in Petro inhabitatione, id est, hypostaticam vñionem ab ἐνεργητικῇ participatione, hoc vno discrimine distinguit, quod Deus in Petrum nonnullas tantum, in Christum autem homi-

hominem omnes suas proprietates re ipsa effuderit. Ab hoc autem intolerabili dogmate depnusus Iacobus Andreas, hypostaticam vniōnem eo definiōne cœpit, quod ὁ λόγος omnia per assumptam humanitatem agat. Ego verò Pappo istud posterius in me regerentis, sic respondi, ut quum humanitas in hoc genere dicendi, vel efficiens causa vel instrumentalis esse statuatur, neutrō modo verum id esse ostenderim. Mea enim hæc verba sunt de causa instrumentalis, *Nouerat Christus quid in cordibus hominum lateret, vidit absentem procul Nathanael.* Num, quæso, per Humanitatis organum? Aliibi etiam protuli resurrectionis exemplum, & queſui, num anima suæ, vel corporis sui instrumento, ac non potius sua Deitatis vniqa Omnipotētia, Christus suum ipsius corpus exanime, adiuncta rursus illi anima, ex mortuis excitarit. De causa verò agente, hæc subieci, *Quod si in istis humanitas operata est cum Deitate, humanitas certè potius per Deitatem (id est Deitatis virtute) operata fuerit, quam per humanitatem Deitas, nisi dicere malitiae, animam per oculum (id est oculi virtute) quam oculum per animam videre.* Quid ad hæc verò mei accusatores? Ne gry quidē ad argumenta proposita respondent. Quid enim respondere possint? Sed quæ de efficiente causa dixi, perinde interpretantur ac si ad instrumentalē causam pertinerent: & fortiter interim dissimulat teterrimos errores, falsam hypostaticæ vniōnis definitionem ab ipsis excogitatam necessariò consequentes. Sic enim fiet, vt neque ὁ λόγος, excepto instrumēti corporis motu, nec humanitas quoque, vtpote quæ nihil agat, nisi à Deitate mouetur, per se quicquā agat: ac proinde vniqa sit vtriusque naturæ, tum

voluntas tuim operatio, quod est Eutychianorum,
Monophysitarum, & Monothelitarum erroris ac
blasphemiae fundamentū. Ne destituti tamen mei
criminatores omni responsione videantur, audia-
mus quid regerant. Cōcludunt vbiq̄itarii dissol-
ui naturas, nisi quocunque loco est. Deitas (est au-
tem vbiq̄ue & quidem tota) eodem etiam statua-
tur humanitas. Huic falsissimæ consequutioni re-
spondens, quæ siuī, *Num separati sint pedes à capite,*
quoniam ubi sunt pedes, ibi non est caput. Ad hoc ipsi
excipiunt hanc similitudinem non conuenire, quoniam
Deitas humanitati per certum aliquod contactus pun-
ctum non coniungatur, sed eam totam tota impleat. Et
hoc quidem posterius verum esse fateor, sed hinc
effici nego, ineptam esse similitudinem, et si non
quadret per omnia. Satis enim est, quod ista simi-
litudine probetur, coniuncta esse posse, quæ tamen
eundem locum non impleant. At ego nunc qua-
ro quānam fiat, ut partes totum vnum constituē-
tes, etiam absque vlo intermedio vinculo cohæ-
rentes, tamen aliquibus sui partibus vnum & eun-
dem locum non impleant, nec tamen propter ea
separata dicantur. Nempe quoniam alterius extra
alteram partes porrigitur, sive duo inter se ali-
quatenus connectantur, ut collum capiti adiun-
ctum, sive totum vnum altero comprehēdatur, ut
cor thorace. Quod si in iis quæ partibus circun-
scriptis terminantur, hoc evenit, quanto magis id
fatendum est in Christi naturis, quantumlibet hy-
postaticè ynitis? quarū vna quum finita sit, quan-
uis Deitate totam illam illustrante, suis tamen fi-
nibus necessariò continetur: altera verò quum in-
finita sit tota, sic illam sibi ynitā continet, ut quan-
uis ab

uis ab illa nunquam separetur, minimè tamen illa
concludatur, sed extra etiam illam per omnia crea-
ta permeet? Rectè enim Eustathius Antiochenus
à Theodoreto citatus. *Omnia (inquit) continet Deus,*
& nullo autem continetur: ergo ne à corpore quidem
suo. Et Athanasius. *Divina (inquit) & inexplicabi-*
lis potētia, & qua & templum (co:)pus videlicet suū)
comprehendens continet, & illinc ulterius procedens, o-
mnes simul moles & magnitudines continens coeret
& moderatur. Et Scuerianus. *Continebatur quoad*
corpus: quantum autem ad verbum attinet, contineri
non poterat. Viderint igitur quām rectè syllogizent
istius maledicæ Præfationis scriptores, quum ne
anima quidem humanæ licet finitæ, cum corpore
suo hypostaticè vnitæ, sit æquipotentia statuen-
da. Dictum enim illud, non veterum physico-
rum, inter quos ne nunc quidem decisa est de-
fede animæ controversia, sed recentium quo-
rundam. Animam esse totam in qualibet corporis
parte, vel nulla ratione nititur, siue ipsius essentiâ,
quanvis nullis organicis partibus, tamen proprie-
tate sua finitam, siue ipsius facultates, nō omnibus
certè corporis partibus diffusas, species: vel sic
intelligendum est, vt anima in quacūque tandem
corporis parte collocanda sit, tota ibi sit, quū nul-
lis partibus compositam esse constet. Rectè igitur
Nyssenus ex quo hoc argumentum desumpsi. *Si a-*
nima hominis, inquit, ex natura necessitate corpori ad-
mixta, non habet potestatem existendi ubique, quomo-
dò necesse est dicere, Deitatem in natura Carnis in-
cludi? Neque nos verò, dicetis, includimus. Fa-
tor, Sed quū in hypostatica vnione tam maneat

saluæ proprietates Humanitatis quàm Deitatis, non minus certè à vero aberratis carnem exornando æquipatentia seu potius infinitate Deitatis, quàm si Deitatem circumscriptione carnis terminaretis. Quanto verò minus subiecti & accidentium, præsertim aduentitorum coniunctionem, consequetur ista æquipatentia? Itaque ad statuendam Christi carnis ubiuitatem, vix quicquam dici potuit ineptius similitudinibus illis lucis & laternæ, & carbonis siue ferri igniti, quas ex Patribus desumptas in alienam proflus sententiam Kemnijtius detorquet: nisi mendaces fortasse fuerūt Angeli, quū resurrectionem Christi ex eo probarent, quòd eius corpus in sepulchro non esset: & temere optauit Paulus dissolui ut esset cum Christo, à quo etiam nos peregrè abesse dicit quandiu in hoc corpore versamur: aut illudere nobis illi & iste voluerunt, illa visibilitatis & invisibilitatis siue finitæ & Omnimaiestaticæ præsentia dissimulata distinctione. Sed de his hoc quidem loco nimiùm multa.

Cæterū usus sum etiam Solis similitudine radios suos in uniuersum hemispherium diffundentis, etiam si in aliqua tantum orbis sui parte constat: non ut Solem exæquare Christi humanitati, nedum Deitati: sed ut exemplo à rebus imparibus sumpto, demonstrarē si tanta Solis vis est, multò magis ad hoc ut Christus sese Spirituali quidem modo, sed tamen certissimo & efficacissimo nobis communicet, (non ad mutuā substantiarum ouraphia, aut commixtionem ullam efficiendam, sed ut vera inde vita in nos insinuerit) realem Humanitatis ipsius in terris præsentia minime requiri. Quid autem ad hæc mei accusatores? Deus (inquit)

est ens simplicissimum, nec partem babet extra partem, immo ne partem quidem habet, nec instar radiorum diffunditur. Scilicet, hoc est rem acu attingere, quum de Humanitatis quantuis hypostaticè cum Deitate nos Iesou unitæ natura, suis partibus necessariò finita & circumscripta queritur, de ipsius Deitatis immensitate respondere. Sed tamen, inquit, testatur Dominus se in hoc sacro epulo verum corpus & sanguinem suum exhibere. Concedo, si sicut spirituialis est huius exhibitionis finis, ita etiam spiritualis & mysticus eius modus statuatur. Ergo substantia liter adest, & ore sumitur. Nego. Quis enim sic colligentem quem piam ferat, Animal est, Ergo homo est? Idem autem Dominus testatur se verū & palpabile corpus habere: non perpetuò fore cum discipulis: sursum ascendere: annuntiandā in S. Cœna mortem ipsius donec ultimo demum die ē celis redeat. Itaque quum idem & unicum corpus, tum nunc in talis abesse, tum nobis hic in terris dari, ac proinde eo quo datur modo adesse dicatur: nemendax ille deprehendatur, qui est ipsa veritas, distinguēdus est præsentiae duplex modus talis, ut, salua permanente veri humani suoque loco, suisque dimensionibus circumscripsi corporis Christi natura & substātia, absens simul & præsens dici vere possit. Distinguenda est ergo præsentia & absentia non in aliam quidem illocalem, inuisibilem, infinitam (quæ qualitates veritatis humani corporis quantuis hyperphysicè glorificati, necessariò destruunt, utpote non ~~veritatem~~ sed ~~antiphonam~~ aliam verò localem, visibilem, & finitam (quibus qualitatibus spoliatum corpus quantumuis glorificatum, corpus esse desierit) sed in modum alium quidem:

spiritualem & mysticum, cuius mysterium magnū esse dicit Paulus in Christi & Ecclesiæ spirituali & mystica vnitione, & secundum quem nec corpus Christi multiplicari, nec Deitati coextēdi, nec pluribus simul locis & non alibi quām in cælis statui, ad veram ipsiusmet ~~reuerari~~ oportet: alium verò naturæ corporeæ, quounque loco & tempore, necessitati ineuitabili conuenientē, secundum quem (inquit beatus martyr Vigilius aduersus Eutychem) sicut à cælis aberat, quando in terra fuit, ita nunc quia in cælo est, non est in terra, quæ fides est & confessio Catholica, quam Apostoli tradiderunt, martyres roborauerunt, & fideles nunc usque custodiunt.

Quid amplius? *Quis* (inquiunt mei accusatores) *Bezam ferat, aduersus Maiestatem Christi* nō tam scribentem quām euocantem, humanam Christi naturā in resuscitando Lazaro, secundum animam quidem, voluntatem duntaxat, secundū corpus autem, hanc vocem accommodasse, Lazare veni foras: diuinitatem verò resuscitationis causam fuisse? Imò verò quis istā illorum inconstantiam ferat, qui paulo antè contenderunt Deitatem omnia per humanitatem agere, & nunc Deitatem esse resuscitationis causam inficiantur? Saltem enim ab illis adiici *Solum*, vel aliiquid eiusmodi oportuit. Ponamus autem id ab illis ita expressum fuisse. Tamen ne sic quidem effugerint & incōstantiæ & blasphemia notam. Et enim si dictum voluerunt Humanitatem causæ duntaxat instrumentalis rationem habere, certè totam efficientem causam in Deitate cōstitui decet, ac proinde à semetipsis discedent, vt qui nūc amplius aliquid humanitati tribui velint, nempe excitandi mortui facultatem. Ego verò sicut duas

duas naturas sic considerandas dico in vnam personam unitas vt vna tamen ab altera suis essentia libus proprietatibus distincta permaneat, sic quoque ponendas affirmo totidem volūtates & energias, ad vnicum excitationis Lazari ~~Στοτέλεσθαι~~ sic concurrentes, vt quanuis assumpta natura subserviat assumenti, tamen vtraque secundum suam proprietatem per se agat: Deitatem videlicet illud quod ipsius vnius proprium est efficiente, id est mortuo vitam restituente: Humanitate vero quod suum est agente, anima nimurum cum lachrymis de Lazaro & eius familia solicitudine affecta & gloriae Dei studente, corpore vero Lazarum vociente ex sepulchro. Blasphemiam autem manifestam esse dico excitandi mortuos facultatem alteri naturae vili quam illi vni tribuere (quantumuis $\tau\delta\lambda\omega\varphi$ hypostaticè unitæ) quæ sicut sola ex nihilo omnia creavit, ita etiam vitam vnicam potest mortuis restituere, immo etiam vnicam naturam ordinem immutare, ac proinde miracula edere sic propriè appellata. Edidit igitur sanè miracula homo etiam ille (nec enim personā diuidimus cum Nestorio) at certè non quatenus homo siue secundum Humanitatem, sed quatenus est Deus, siue secundum Deitatem, in qua sic subsistit, & per quam sic extraordinariis donis omnibus summe est in se exornata Humanitas, vt tamen neque essentia, neque essentialibus, ac proinde necessariò ~~άχοντα~~ ~~ώντας~~ proprietatibus in Deitatem cuaserit. Neque ad istud blasphemum dogma stabiliendum facit Kemnitiana argutia, qui Brentianam realem omniū Deitatis proprietatum in assumptam carnem effusionem meritò repudiens, fatetur quidem essentia-

tiales illas proprietates sua subiecta (id est suas naturas) nō egredi, sed vult nihilominus Deitatis proprietates & actiones assumptæ ipsi Humanitati tribui, quo quidem conimenio nihil absurdius, & Monothelitarum blasphemiae convenientius dici potest, perinde profectò ac si corpus hoc nostrum, propter sibi uitiam hypostaticè animam, cogitare & ratiocinari dicas. Et ne isti sibi cum Beza non Theologo, imò ne Philosopho quidem, negotium esse arbitrētur, audiant quos & quales verbi ditini interpretes sibi patronos adlocet. Prodeat igitur Beza de blasphemia accusato patrocinaturus primus Damascenus, quanuis tempore inter multos postremus, tamen in hōc quidem arguento fidei plenus, si quisquam alius, quem ipse nobis Kempeius in primis iudicem tulit. Is igitur lib. de Orthodoxa fidè tertio, cap. 15. *In Domino nostro Iesu Christo, inquit, miraculorum vis erat ipsius Deitatis actio: manum autem in miraculis edendis adibitio, & velle, & dicere, Volo, purgator, erat Humanitatis ipsius actio: ipsius autem actionis effectum, Humanae quidem naturae fuit, panum fractio, & quod Leperos audiret, volo: Diuinæ vero, primam multiplicatio, & Leprosi purgatio. Item. In Christo Deitatis quidem ipsius actio est diuina & omnipotens, Humanitatis vero ea quæ nostra natura conuenit: & effectum quidem humanae naturæ est quod pueræ manus prehensa fuerit, & attracta: diuinæ vero quod pueræ sit in vitam renovata. Nam & istud est aliud, & illud quo, ue ab isto differunt, quāvis enim ab alio (id est Deus ab homine) seūgi nequeat in actione Dei videhers (id est quantum agit persona quæ Deus & homo est.) Item. Nechumana natura Lazarū à mortuis excitauit, nec rursus*

rursus diuina potentia lacrymatur. Nā lacryme quidem sunt quiddā Humanitatis propriū, vita vero, eius est qui est ipsa in se subsistens vita. Et ne quis istorū recentem esse hunc scriptorem, excipiat in multis etiam maximi momenti hallucinatum, audiamus Nyssenum aduersus Eunomium. Neque humana natura, inquit, Lazarū vivificat (audit is stud Theologi Tübinger) nec deflet iacente in patibulis potentia, sed lacryma quidem est hominis (id est humanitatis) propria: vita autem (id est Deitatis) ea qua vere vita sunt. Non nutrit multa hominum nullia humana mendicitas: non accurrit ad sicum omnipotens potestas. Et, Amphilius ille Iconiensis, Basilio quoque magno σύζηπος. Deus sum & Homo, heretice, Deus ut spandent miracula, Homo ut testantur affectiones. Et Apollinaris. Est hominis surgere à mortuis, Dei autem excitare. Et Cyrillus. Quomodo, (inquit, lib. in Ioan. 2. cap. 139.) non eiusdem cum eo erit substantia, qui eiusdem nature habet proprietates, proprium enim est suprema substantia, ut mortuos possit vivificare, quod aequaliter Patri atque Filio inest. Proprium, inquam, ἀνοίγεται: nam alioqui nō procederet Cyrilli argumentum, Deitatem coessentialē Filii, etiam incarnati ex mortuos vivificandi virtute colligentis. Et idem Cyrillus lib. de Trinit. 5. Que, inquit, diuino modo facta sunt a Christo, non sunt humana nřoci attribuenda, sed naturae ineffabili, & omnem mentem transcendentē. Et aliis Cyrillus, nempe Hierosolymitanus in Catechetica oratione 4. Duplex, inquit, est Christus, mortuus quidem vere, ut homo, quadrupedum autem cadaver suscitans, ut Deus. ut Deus inquam Patri ousios, non quatenus est homo diuinissimus, id est, creatis summis donis.

supra cæteras res omnes creatas ineffabiliter exornatus. Non est igitur blasphemus Beza, quum suas cuique naturæ proprietates asserit: isti vero viderint, quinam Eutychetis, & Monophysitarum, & Monothelitarum teterimos errores ab inferis non reuocent, ac proinde posteriora faciant prioribus deteriora, & in Germaniam præsertim illas ipsas diuini iudicij pœnas non acceſſant, quæ Orientis imperiū, his iisdem exortis hæresibus, perdiderūt.

Sed, inquiunt, hoc modo natura Christi humana non plus tribuetur quam Petro, qui & Thabitam resuscitare valuit, & surgere iussit: ac proinde Beza nihil illi præter consensum & vocem relinquens, filium illum hominis, quasi in Apostolorum ordinem cogit, qui & ipsi in eisdem miraculis utrumque habuerunt. Imo vero audiant ipsi, quid pro Beza respondeat Damascenus eodem illo loco. Si igitur (inquit) Christi *hypocria*, eadem fuerit & diuinorum & humanorum operum effectrix. At qui nulla res est quæ in natura sua statum manens, contraria possit efficere. Nec enim ignis refrigerat & calefacit, neque aqua exsiccatur & humectat. Quomodo igitur, qui natura Deus est, & factus est natura homo, una & eadem *hypocria*, cum miracula ediderit, cum perpessiones ubierit? Ilius autem aduersus Beza consequutionis fulitas inde oritur, quod autorem suum Brentium sequuti, Deitatem Christi hominis, cum diuinitate Petri (id est deitatem essentiam carnis assumptæ copiæ sive *coextensam unitam*) cum *hypocritæ* & *zettæ* eiusdem *hypocritæ*, quæ sancti quidem homines diuersa mensura ornantur, Christi vero Humanitas plenissime donata est, siue, ut loquuntur in scholis, gratiam Unionis cum gratia Habituali perpetuo confundunt, quod est Nestorianum

tianum dogma in ipsarum naturarū separatione. Et rursum, errorem istum errore contratio cumulantes, pro creatis donis (quæ sicuti dixi, in Christo summa sunt, in reliquis verò sanctis certa, prout Deo libuit, mensura definiuntur) essentialium Deitatis ipsius proprietatum realem in carnē Christi effusionem imaginantur, quæ fuit altera Eutychetis blasphemia: quam denique ut declinent, ex Scylla in Charybdin, id est ex Eutychetis blasphemia, in Monothelitarum impietate, & se se & alios precipitat, vnicā Deitatis & Humanitatis actionē statuentes, & personale & naturalibus energiis confundentes, arbitrati nimis homini
xix' anno detrahi, quod humanitati secundum se se tribuendum negatur. Ne cui verò Brentium calumniari videar, legatur pag. Recognit. ipsius 40. & 41. ubi inter cætera sic scribit. *Christus edidit multa miracula, edidit & Petrus: Vidi Christus futura, vidit & Petrus: Christus mortuus & sepultus resurrexit a mortuis, & ascendit in celum, Petrus quoque resurget a mortuis, & ascendet in celum, & quidem cum corpore suo in puluerē redactus, ut illud in Petro penè mirabili, quam hoc in Christo videatur. Dicis, Christus resurrexit a mortuis sua ipsius virtute, Petrus autē aliena. Imo, sicut Christus excitarus est diuina virtute, ita etiam resurget Petrus diuina virtute: nec minus ipsi quam Christo intime præsente, quod ubi sit diuinitas, ibi sit tota. Quare ne hac quidem ratione dici potest quod Christus non autem Petrus sit Deus. Imo hic est scopulus apud quæ licet tot iam Nestorianorum naufragiis infamem, nanem quoque fregit Brentius. Nec enim ὁ λόγος Christo duntaxat præsens fuit (nusquam enim absit) nec sic duntaxat habitat in Christo ut in San-*

&is, sed in Christo uno factus est caro: quod discri-
men tantum est, vt Sancti quidem reliqui sint diui-
ni, id est diuinis peculiaribus Ecclesiæ donis orna-
ti, Christus autem solus sit essentialiter Deus & ho-
mo. Habemus ergo nunc Br̄etium suis ipsius ver-
bis Nestorianismi conuictum, qui mox sese in
reali essentialium proprietatum, in carnem assum-
ptam effusione, Eutychianū esse tam absurdè pro-
dit, vt etiam Petro & Sanctis omnibus eas, quan-
uis impati mensura, communes esse velit. Hæc e-
nī sunt eius verba codem loco: ὁ λόγος non minus
sua essentia, potentia & presentia habitat in Christo,
quam in Petro. item, Discrimen Christi & Petri non
est sumendum simpliciter ab inhabitatione Filii Dei
(quod Nestorianum est) sed à communicatione pro-
prietatum eius (quod Eutychianum est.) Filius enim
Dei eius sua essentia implet Petrum sicut & hominem
Christum: (quod si ad c̄r̄p̄t̄as referas Nestorianum
est, si vero ad ipsam Deitatem dupliciter falsum
est: aut enim inde consequetur nec Petrum nec
Christum essentialiter Deum esse, aut, si Christus
est essentialiter Deus, Petrum quoque essentialiter
Deum esse) non tamen communicat Petro omnes suas
proprietates, sed tantum nonnullas. Ex his igitur qui-
uis intelligere potest, etiamsi Humanitatem Chri-
sti, cum Eutychete & Monophysitis non exorna-
mus Deitatis spoliis, hominem tamen Christum à
nobis sicuti par est, non modò supra sanctos om-
nes homines, sed etiam supra res omnes creatas
ineffabiliter, quod attinet ad dona in assumptam
naturam effusa, & præterea gratiæ vñionis respe-
ctu, (id est quatenus hic homo Deus est Patri οὐού-
τεν) in ipso Deitatis solio collocari: ut ita Christus,
quem-

quemadmodum rectè loquuntur patres, sit seipso homine maior, quatenus idem homo Deus est: & rursus seipso Deo minor, quatenus idem ille δός homo est, quantumuis nunc glorificatus, saluis videlicet manentibus in hypostatica vniione, tum naturis, tum naturarum proprietatibus. Itaque nec Petri nec Chistii humanitas mortuos excitauit, quoniam alioquin & in Petro & in Christo Humanitas in Deitatem commutaretur. Nam, ut antè ostendimus, vita tribuēdæ vis tam est incommunicabiliter Deitati propria, quam æternum & infinitum, Iehouā denique esse. Sed Christus homo, et si non quatenus homo, tamē quatenus Deus est dicitur mortuos excitaret & sicut per ἀναστορισμὸν, hic Homo Deus dicitur, pari quoque ratione in concreto huic Homini attribuuntur propriæ τοῦ λόγου actiones, ne persona videlicet dividatur: in abstracto verò non item, ne naturæ confundantur. Quia enim ratione Christus dixit se potestatē habere deponendi animam suā, & rursus sumendi (sua videlicet non aliena, & quidē suæ vnius Deitatis virtute, quanvis assumtæ humanitati vnitæ) eādem & sese & alios à mortuis excitauit: inālioqui futuro argūmento Pauli, quo Christi Deitatem ex ipsius à mortuis resurrectione initio epistolæ ad Rom. euincit. At in Petro mortuos excitante nihil tale comperies. Nec enim Petrus, aut aliis vñquam siue homo siue Angelus, vel naturali, vel aliunde sibi realiter collata virtute, vlla edit miracula, quoniam hæc gloria vnius Deitatis est propria & incommunicabilis: sed (exceptis mērē humanis actionibus, veluti Elix, Petri, Pauli, & aliorum precib⁹, & lingua, aliarūm ve corporis

partium ministerio, quarum ratione dicuntur τὰ
 Θεοῦ συνεργοὶ μετὰ παντά & λειτουργοὶ fuerunt in-
 strumenta, quod Petrus testatur Act. 3. v. 12. & 4.
 v. 10. sicut etiam loquitur Marcus cap. 16. v. 20.
 Rectè enim Cyril.lib.in Ioan. I.cap. 17. Sancti, in-
 quid, non sua, sed superiora virtute signa operabantur:
Christus vero, ut virtutum omnium Dominus, id est ut
 essentialiter Deus. Ex his autem appareat quām
 appositi isti Athanasium pro sua sententia citent
 scribentem τὸν λόγον non edidisse prodigia separatum
 ab assumpta natura, sed ei placuisse per ipsam, in ipsa,
 cum ipsa, potētiam suam diuinam exercere. Num enim
 quicquid & essentia, & suis proprietatibus ab alio
 distinguitur (sicut in Christo est ἀλλοὶ ἄλλοι) ab illo
 quoque separatur? Et quis nostrūm unquam ne-
 gauit τὸν λόγον per assumptam carnem agere, quate-
 nus quidem humanæ naturæ ēxpressione in actionibus
 humanis, cum diuinæ viuis naturæ diuinis actio-
 nibus, ad ultimum θεατρικὴν ἐποτέλεον concurrit?
 & in ipsa quoque agere, quū in ea σωματικῆς inhabi-
 tet? & cum ipsa, quum id quod assumit nunquam
 dimiserit? Sed quod isti inde colligunt, non minus
 profectō absurdē dicitur, quām si corpus ratione
 prædictum esse contenderent, quoniam anima cor-
 pori humano unita, sensibus externis ad recipien-
 das rerum imagines vtitur, & intra ipsum corpus
 sita, per corporis organa suos affectus foris exer-
 cet, & cum corpore, quandiu viuit corpus, con-
 iuncta perseverat.

Quærunt etiam, nisi ipsa vita mortuis restituenda
 potestas ipsi carni Christi reipsa fuerit insita, cur Cy-
 rillus viuificam toties ipsam appellari: nempe non
 quod duplex esse possit viuifica facultas, yna vide-
 licet

licet Deitatis æterna & increata, altera verò creata in tempore, & in assumptam carnem infusa, (quod falsissimum esse ex ei usdem Cyrilli & aliorum testimoniis paulò antè à me citatis liquet) sed quia non abest ab ea unigenitus Dei filius, inquit idem Cy- rillus lib. in Ioan. 10. cap. 3. cuius hæc verba sunt.
Caro unigeniti, facta vita caro, ad virtutem vitæ tra- ducta est, ideoque non potest à morte superari: & in no- bis facta, interitum à nobis expellit. Non enim abest ab ea unigenitus Dei filius, unde, quia unus est cum carne sua, Ego, inquit, suscitabo eum, id est, caro, quum assu- meretur ab unigenito, facta est æterna vita viuens, unde consequitur illam à morte non posse superari, & nostram factam nos viuiscare. Et ne quis putaret hanc vi- viuiscam ipsi carni licet assumptæ inhærere, pruden- ter addit Cyrilus, ideo viuiscam esse, non quodd hanc qualitatem habeat sibi realiter insitā, (vt isti existimant gratiam vniōnis cum gratia habituali confundētes) sed quoniam unigenitus Dei filius, (nempe ὁ λόγος, in quo uno cum Patre & Spiritu S. vita est) ab illa assumta Humanitate non absit, id est hypostaticè, non autem vlla qualitate, siue ac- cidentaliter sit ei vnitus. Sit igitur sanè Christi Humanitas quasi trames & canalis ipsius Τὸς ἀβσες hy- postaticè in ea habitantis: cuius interuentu, diuina opera sua in nobis spiritualiter per fidem illi carni insitis, ὁ λόγος, efficiat. Sed quid hoc istos iuuerit? Quoniam autem propositam quæstionem de viuisci- andi siue mortuos in hanc vitam restituendi vir- tute, ad viuificationem in æternā vitam istos trās- tulisse video, age hac de re amplius etiam aliquid dicamus. Nam hoc etiam querunt, si in ijs rebus que nobis aduersæ enemūt, sola diuinitate Christi iuuamur,

cur carnem eius cum diuinitate adoremus, & cur non
vix, quum precamur, a filio Mariae separemus. Nem-
pe quoniam, quum Christus ita sit secundum v-
tramque naturam mediator, ut in hoc mediatoris
munere, neque Deitas quæ sunt Humanitatis, ne-
que Humanitas quæ sunt Deitatis peregerit, ne-
que nunc peragat, sunt quidem hac ratione distin-
guendæ, at nunquam separandæ naturæ. Hac au-
tem distinctione vtimur, vt in adoratione, Homi-
nem quidem cum Verbo coniungamus, sed qua-
tenus sic Homo est vt sit Deus, Humanitatem ve-
rò nō quatenus Humanitas, sed quatenus est veri
Dei Humanitas adoremus. Quia in te vt me ca-
lumniari semel isti desinant, audiant si libet, quid
ea de re dicat Cyrillus lib. in Ioan. 2. cap. 92. in hęc
verba, Nos adoramus quod scimus. Christus ado-
rantibus seipsum connumerat, qui cum Patre & Spiritu
S. tam ab Angelis quam à nobis adoratur. Cōuenit au-
tem maximè hominibus adorationem Deo tanquam de-
bitam offerre. Adorat igitur etiā Christus vt homo post-
quam factus est homo: adoratur autem semper cū Patre
& Spiritu, quoniam Deus verus secundum naturam est.
Dico igitur blasphemam esse Brentj doctrinam,
qui pagina Recognit. 273. Vniuersitate & adorande
Christi diuinitatis nomine testatur se non intelligere
diuinitatem quam filius Dei in se ab ēterno habuit, sed
quam tempore incarnationis filio hominis communica-
uit: quam impietatem audiamus quam aperte cō-
vincat Cyril. eodem lib. cap. 141. Quia non aduen-
ticias, inquit, sed naturales habet regis omnipotētis &
creatoris adorandi, & Dei ac Domini dignitates, pro-
pterea & à nobis & ab Angelis adoratur, quum certe
nil adorare scriptura pr̄ter solum Dominum Deum
inbeat.

iubeat. Si ergo extrinsecus ei aduenisse has dignitates
 credunt, & tamen adorandum esse putant, (vt docet
 Brentius , discrimen inter Christi & Petri diuini-
 tatem in sola proprietatum Diuinitatis impari ef-
 fusione reali constituens, & Diuinitatem non na-
 turæ sed gratiæ, vivificantem & adorandam diser-
 tis verbis constituens) non creatorem sed creaturam
 adorant, recentem quendam Deum per imperitiam sta-
 tuentes. Item, libro Thesauri 2. Nemo ignorat (imò
 ignorant & ignorare docent Brentiani) N V L L I
 prorsus natura , prater quam Dei, adorationem à Scri-
 ptura tribui. Scripsum est enim, Dominum Deum inum
 adorabis, & ei soli seruies. Sicut igitur Filius, quanvis
 verè adorandus , tamen adorat ut homo (nos enim, in-
 quis, adoramus quod scimus) sic quanvis Deus secundū
 naturam sit, tamen Parrem, ut Homo, Deum suum ap-
 pellat. Et mox. Siquis humiliter humanoque more di-
 eta, Deitati attribuere audebit, & rursus que excelsè
 sicut de Deo dicuntur, Humanitati accommodabit, is
 naturas rerum confundet, & dispositionem qua factus
 est homo, perimet. Vbi est igitur, Brentiani, vestra
 realis idiomatum κονωπία sive μεχάρημα ? Et in lib.
 de recta fide ad Theodosium, Adoratur ut unigeni-
 tus, etiam si vocetur primogenitus ; quod manifestissimè
 conuenit Humanitatis mensura. Num igitur ut homi-
 nem adorabimus Immanuēlem? Absit. Deliramentum
 enim hoc esset, & deceptio ac error. In hoc enim nihil ab
 ijs differremus qui creaturam ultra faclorem & condi-
 torem colunt. In summa igitur, ut nos docet idem
 Cyrillus in anathematismum octauum ex aperto
 diuinarum scripturarum testimonio, una adoratio-
 ne colimus Immanuēlem, sed secundū quodd essentialiter
 Dei filius factus est hypostatica unione caro : &c, ut lo-
 b, iiiij.

quitur Athanasius, cōsitemur vnicā Dei verbi naturā, nō separatā à carne, sed incarnatā, & vnicā adorationē cum carne sua, adoramus. Nota est similitudo à multis pribus usurpata, de coronato & purpurato Rege, cuius purpuræ & coronæ cōmunis est cum ipso Rege vnicā ciuilis adoratio, quanuis coronæ & purpuræ non exhibeatur quatenus purpura est & corona, sed quatenus is qui propriè adoratur, coronam illam & purpuram gestat: quod si locum habet in iis quæ accidentaliter duntaxat cōiuncta sunt, multò euidentiū seruandum est in iis quæ hypostaticè & inseparabiliter sunt vnta. Cohārēt certè fides & religiosa adoratio. Quid autem ait de proprio fidei obiecto Cyrilus eodem ad Theodosium libello? Nō tanquam in unum nobis similem, neque etiam in hominem (id est, Humanitatē ipsam) fides, sed in Deum tendit naturalem (non illum Bretnianum effusione reali proprietatiū recenter Deificatum) & verum in persona Deum. Itē lib. de Trin. 5. Fides non est simpliciter in hominem, sed in Dei naturam. Sic remittit peccata vnicus essentialiter Deus, quod, inquit recte Cyrilus, nulli qui inter creaturas numeretur facere licet. Et tamen habet filius ille hominis potestatem etiam remitti peccata, nempe ut κύριος ἀπολέτος, quatenus est verus ille & essentialis Deus. Nam alioqui etiam quatenus Homo tollit peccata ut λύσεων pro nobis: & remittit peccata, tum ut & pro nostris eluendis peccatis mortuis, tum denique ut suæ ipsius Deitatis proprium in promulgando Euāgeliō instrumentum pastores autem peccata remittunt ut separata ipsius organa, quatenus reconciliationis doctrinam annuntiant, sive quatenus plantant & rigant. Audiamus

mus denique iugulatam eiusdē scriptoris aucto-
ritate istam, siue omnia, siue plures simul locos
essentialiter replentem Omnipr̄esentialem carnis
realem maiestatem. Posse, inquit eodem libro, im-
plere omnia, & transire per omnia, & sequi in omnibus,
concedes alteri natura pr̄ter Diuinam? Non equidem.
Et in lib. in Ioan. 2. cap. 141. Nihil firmū, inquit, &
stabile, nihil perpetuum soli Deo attribuetur, si creatura
quoque substantialiter & per naturam (id est in sui
ipsius natura) suscipere poterit quæ in Deo sunt sub-
stantialiter. Et lib. II. cap. 21. Non ergo carni ut caro
est, operationis diuinæ virtutem, sed naturæ τοῦ κόσμου
attributus.

Sed agit, inquiunt isti, una natura cum alterius cō-
municatione. Concedo. Nec enim sum Nestorianus.
Ergo, ubiunque est diuina, ibi etiam est humana.
Nego. Hæc enim νοιωνία fit per hypostaticā vniō-
nem, in qua distinctæ seruantur tum naturæ, tum
essentiales earum proprietates, tum naturales ἐνθύ-
μου: ac proinde nō effusione reali proprietatum
vnius naturæ in alteram, quod est Eutychianum,
neque vnius ἐνθύμων, quod est Monotheliticum.

Sed est Christo data omnis potestas in celo & in
terra. Quis verò nostrūm hoc idem non afferuit?
Data est autem (inquiunt) ut Homini. Assentior.
Ergo est etiam humana ipsius natura substantialiter
& realiter in celo & in terra. Id ego verò dixi
& dico non minus absurdè concludi, quam si quis
principem quempiam diceret suæ ditioni coexten-
di. Hoc responsum Holderus quidem ridendo e-
ludit, sed viderit ne potius hoc risu Sardonio sese
deridendum propinet. Mihi quidem certè potius
probatur illa Centurionis fides, tantopere à Chri-
sto laudata, prorsus aliter sentientis. Non sum,

nim, dignus, inquit, ut rectum meum subeas, sed dictum verbum & sanabitur puer meus. Visibiliter scilicet qui antea inuisibiliter apud Centurionem erat, si Brentianæ distinctioni locus est, quam nimis ille didicerat. Quid autem hic rursus **Cyrius** illa Christi verba explicans, Caro nihil prodest, lib. in Ioh. 11. cap. 22? **Christus**, inquit, aperie hic ad sanctificandum & vivificandum nihil prodesse carnem ostendit, in quantum videlicet natura humana caro est. **Quum** igitur Deitati seruatio attribuatur, non debetis, inquit, carnis presentiam propterea desiderare.

Et de præfatione quidem illa plus satis. Nunc ad te venio, Holdere, quicum sic agam ut ex plurimis extra rem in me coniectis conuitiis, pauca quædam initio refellam, non tam (per Dei gratiā) quod egere me apud eos quibus bene sum notus ista refutatione credam, quam ut quæ tua sit in me criminando conscientia, ac proinde quo spiritu impulsus ad mihi conuiciandum accesseris, omnes intelligant. Sum igitur tenebrio, lucifuga, vespertilio, quem etiam & nominis, & patriæ, & professionis pudeat: quod me in duarum quarundam homiliarum editione septimo ante anno editaru non Theodorum Bezam Vezelium, Geneuensem ministerum, sed Nathanaelem Nezechium inscripserim. Magnum profectò scelus, si pro Græco nomine & Gallico cognomèto, Hebræam vtranque appellationem subliuiti, quod si tu nescis, magnâ harum linguarum inscitiam prodis: si vero nosti, & tamen tam acerbè reprehendis, quod sit tuum ingenium demonstras, quum maximis auteribus, & quidè in re simili facile me tueri possim. Quod enim iam olim & Philippo Melanchthoni, & Martino

tino Bucero, utriusque tanto, ut penè sint omni exceptione maiores, non modò sine reprehensione, sed etiam tacita saltem cum bonorum & piorum omnium, qualium tunc erat maximus numerus, approbatione licuit, cur inhi quoque in re simili non liceat? Ille igitur sese Didymum Fauentinum Thomæ Emsero respondens inscripsit, & alicubi etiam Melangæum: iste verò scribens in Psalmos Aretium Felinum se dici voluit: nempe ut pio do lo dissimulatis suis nominibus, vñirent inter Papistas ipsorum libri. Mihi verò, quum vos nec minus iniuste, nec minus callidè piorū alioqui principum, sed à vobis fascinatorū autoritate ad eundem finem abutamini, nempe ut prius damnemur quām quid doceamus intelligatur: cur non licuerit Theodorum quoque in Nathanaelem, Bezam in Nezechium, transmutato tantum idiomate, occultare, ut quid isti Sacramentarii, quos tam securè non auditos Iudæis & Mahumetanis detersores facitis, doceant, aliquatenus homines prius intelligere possint, quām non auditи vestris anthematismis iugulentur? Vin' aliquid etiam amplius dicam, Holdere? Quis in te conscientiam paulo saltem pudenterem nō requirat, quum hoc ipso tempore, quo hæc in me exagitates, tuum Nicodemū, Laonici equitis aurati à Sturmeneck personam ementitum, in scenam, risum potius quām stomachum moturum, prodire patereris?

Sed & miserum Bezam postea in architriclinum aut archimagirum transformas, lepidus sanè argutator, cui in mentem non venerit, vos istas potius cœnas adipales decere, qui carne & sanguine vultis re ipsa pasci, quum in esu & potu solo spirituali Beza acquiescat.

Sum etiam tibi vetulus canis. Sim ego verò canis vetulus, quando tu ita vis, modò ne vel aduersus lupos mutus, vel bonis allatrans. Vetulum verò molossum, necdum profecto vetulum, mirum si lascivius catulus perterrefecerit.

Ais etiam me alterū iam pedem in cymba Charentis habere. Num quòd non alios quàm poeticos inferos credas? Prophana enim ista sunt. Ego verò non tibi, sed Domino meo sto, vel cado, maiore vitæ meæ parte, id est annis iam triginta duobus, per Dei gratiam, sic in Ecclesiasticis functionibus transacta, ut eius reddendæ rationem neque defugerim vñquam, neque nunc defugiam.

Denique poetica etiam illa quæ mihi adolescens tñ in medio papatu, nō sine multorum etiam aliqui eruditorum applausu exciderunt, & quæ nemō priùs quàm ego damnauit, id est rancidā illam calumniā tu Holdere, & scurra ille vester reponitis, quid hoc causā tuā iuuat? Iāptidē enim ego etiā nō interpellat⁹, Ecclesiis hac de re satisfecī, quæ si tu oblitaris nō pateris, meāne hęc culpa est, an vestrapotius? Tu verò quis habēdus es qui poeticiū nescio quod phäasma toties iā à me eiuratū mihi exprobras, & interim Omnimaiestaticum illud *βελύμα* quod Christianis Ecclesiis obtrudas, commere & peccere non desinis?

Sed ad rem. Libellum nostrum tibi visum est in quatuor veluti frustula discerpere, nempe in vera (quæ tamen ego mei oblitus, alibi subuertam) verisimilia, falsa, & calumniosè deprauata: quam distributionem ego quoque in hac responsione sequar, vt tibi gratificer.

Dicis igitur me (ut alios fallerem) non semel confessum

fessum esse corpus ipsum Christi non tantum significari, sed etiam vere & certò in Cœna Domini exhiberi, comunicari, præsens esse: & veram esse rerum significatiq- rum cum signis coniunctionem. Hac autem à me ipso postea varijs modis euerti. Cedò quibus argumētis?

Primum quòd Solis similitudinem proposuerim, qui in calo existens, et si in terram ad nos non descendat, radis tamen suis nos calefaciat: qua similitudine quam Christi præsentiam in Cœna intelligam, abunde demonstrarim. Rectè profectò. Nam te ipso teste simul & accusatore absoluor, quum fallere minimè velit, ac ne possit quidem qui quid sentiat abundè demonstrat. At non, inquieres, eodem tempore. Imò verò quum hac de re primum omniū aduersus Vesphalum scriberé, quid aliud egi quām hoc ipsum, nempe ut, exploso vestræ corporalis præsentia modo, & orali vestra perceptione, Sacramentalem illum & simul Spiritualem, tum præsentię, tu perceptionis modum, verbo Dei, id est claris & perspicuis Christianæ fidei de Christi vera incarnatione & ascensione in cęlos articulis, x̄t̄o p̄nt̄o perpetuò Ecclesiaz Orthodoxaz consensu intellectis, atque adeò Sacramentorum naturaz & fini penitus consentientem, stabilirem? Quod autem attinet ad reliqua mea scripta aduersus Heshusium, Bren- tium, Iacobum Andream, Selneccerum & Pappū, aio & affirmo vix ullam extare pagellam in qua illud ipsum, quām planissimè & quām maximè perspicue à me fieri potuit, bona & integra fide, ut omnis obscuritatis & sophislices perpetuus hostis, non studuerim explicare. Sed tibi nimirum qui duplē præsentia & absentiæ modū distinguere vel nescis, vel scire te dissimulas, & Cœnæ actionē

cum symbolis quæ in ea exhibentur confundis, qui denique in Cœna externam corporis actionē cum eo quod animo & fide geritur permisces, id ēoque Præsentem esse in Cœna Domini, à vestris illis formulis, In, Sub, vel Cum pane & vino discernerere non potes, *āvūsura* & repugnantia videntur, quæ tamen optimè inter se conueniunt. Cæterū illa similitudine à Sole desumpta, noluisse me à pari sed à minore ad maius argumentari, quum disceret Pappo in eo ipso quē oppugnas libello responderim, videris qua conscientia, defensione mea dissimulata, idem in meritorum occinas.

Obiicis deinde quod scripserim non alia ratione præsentem esse Christum in Cœna, quam olim sanctis patribus, id est tam absentem quam quum non esset in rerum natura. Immò verò Holdere, istud posterius meum nō est, sed tuum glossema: & ut qua fide hīc quoque mecum agas omnes perspiciant, totum locum quem decurratū citas, ex illius aduersus Papum scripti pag. 124. proferam. Nunquam sum inficiatus corpus Domini esse in Cœna, sed sacramentaliter, non reali inexistentia In, Sub, vel Cum pane: & verè in Cœna percipi, sed spiritualiter per fidem, non manibus & ore. Hoccine verò est, Holdere, tergiversari, nec apertè loqui? Deinde probans ex Pauli verbis, 1. Cor. 10. vestram illam inexistentiam & perceptionem realem & corporalem ipsius corporis Christi, ad veritatem Sacramenti non requiri, hēc verba subiicio. Neque absque Christo fuit unquam salus aut fides, neque Christus dimidius ullus unquam seruauit. Ex hoc consequitur illorum fidei spiritualiter iam tum fuisse præsentem (DE IVRE videlicet ut loquuntur) Christi Humanitatem nascentiam: sicut no-

stra fidei itidem spiritualiter nunc est eadem praesens,
 I P S O ut loquuntur F A C T O, symbolis videlicet va-
 riatis, eadem autem ubique tū re significata, tum fide,
 & eodem praesentia sacramentalis ac spiritualis perce-
 ptionis modo. Hęc igitur mea verba sunt: hoc meū
 argumentum, cuius vel antecedens cōnexum, aut
 totum aut aliquatenus, vel negare, vel distinguere,
 vel concedere quum debueris: tamen nulla ex par-
 te attingis. Et certè totum concedas necesse est, ni
 Christianismum eiurare velis. Supererat ergo ut
 istud ex illo consequi negares. Unde cunque verò
 id consequatur, Paulus id apertè dicit, eandē escā
 manducasse patres, & eundem potum bibisse, &
 hunc potum (ergo & cibum) testatur fuisse Chri-
 stum. Inde verò efficitur necessariò, non illos sim-
 pliciter inter se, sed nobiscum in rei Sacramētalis,
 id est Christi perceptione conferri, nisi fortassis
 illis quidem pr̄ebitum fuisse Christum, nobis verò
 non eundem Christum in noui fœderis Sacramē-
 tis pr̄beri velis. Et Augustino quid facies, qui, *re*
paria nostris, ut signis diuersa fuisse diserte dicit patrum
sacmenta. Stat igitur conclusio mea, qua vtrobi-
 que eandem esse rem significatam, nempe Christū
 totum: idem eius percipienda instrumentum, né-
 pe fidem: eundem pr̄sentia rei significatę modū,
 nempe sacramentalē: eundē deniq; perceptionis
 modum, nempe spiritualem statuo. Qui fit igitur,
 vt quod de pr̄sentia dixi, tu ad absentiam trahas?
Quoniam, inquires, *inexistentia pr̄sentiam utrinque*
rollis. Concedo. Sed ita ut pr̄terire non debueris
 discrimē quod in pr̄sentię istius, eiusdem alioqui
 generis accommodatione est à me expressum: né-
 pe quod patres ipsam quidem carnem, non tamen

ut reipsa iam existentem participabant, ac proinde ius tantum in illam nascituram sibi acquirebant: nobis vero illa ut iam existens, simili tamen effectu vtrinque communicatur. Nam & illi iure sibi in illam nascituram acquisito, inde quicquid ad salutem requirebatur hauserunt, & nos ipsius iam reipsa existentis compotes facti, in eadem seruamur. Abserat igitur a celo & a patribus caro Christi essentia reali, quia nondum erat creata, a nobis autem est tantum locorum interualllo: & tamquam, tum illis aderat, tum nobis adest, spirituali viuificaque tum presentia tum perceptione per fidem, cuius vis & efficacia in eo quod promittit apprehendendo, neque temporum, neque locorum interuallis impeditur.

Sed ne illud quidem concoquere potes, quod scripserim, nihil aliud in Sacramentis quam in simpli ei verbo praebet & a credentibus accipi. Nempe quod ad rem atinet, tum verbo simplici, tum sacramentis significatam, ipsum videlicet Christum. Nam alioqui siccine insanire nos putas, ut negemus in Sacramentis aliquid praebeti amplius quam in verbo, symbola videlicet sacra, ritibus etiam peculiaribus adiuncta? Illud autem ab iis negari non miramur qui in verbo quidem simplici beneficia Christi ab ipso Christo, in sacramentis vero indignescuntis Christum a suis beneficiis separant. Nos autem ex Dei verbo neque absque ipso fundo fructus, neque fundum ipsum absque fructibus percipi affi: mamus. Et ne primi vel soli sic sentire videamur, agendum sit etiam tibi blasphemus Hieronymus qui Carnem Christi & eius sanguinem ait, quando verbum Dei audimus in aures nostras fundi. Quid autem Origenes, quem nemo certe ut hic quoque errantem

errantem reprehēdit? Suscipitur, inquit, *Caro verbi,*
nō solum in Sacramentis; sed etiam quum fideliter Dei
verbum audimus. Quid item Augustinus? *Quid vo-*
bis plus esse videtur? Verbum Dei, an corpus Christi? Si
verum vultis responderē, dicens quod non minus sit
verbum Dei. Loqui verò Augustinum non de ipso
Christi corpore in sua essentia, sed Sacramentaliter
considerato, res ipsa demonstrat, & quæ illo loco
subiiciuntur. Denique quum vos ipsi conſenti-
tis caput Iohan. sextum ad Sacramentum Cœnæ
Domini non pertinere, an non carnem Christi
manducari, & sanguinem bibi, simplici quoque
verbo fatemini?

Docet præterea Beza, inquis, non magis adesse
corpus & sanguinem Christi cum pane & vino Cœna,
quam sanguinem eius cum aqua baptismi, qui tantum
significatus sit. Agnosco illa priora, posteriorius autem
istud, qui tantum significatus sit, tuum esse dico, & pe-
nitus commentitium. Veram autem esse nostram
sententiam, primū ex eo probo, quod Christus
non nisi totus à nobis perceptus, idque spiritualiter,
& per fidem, nobis sit seruator: ac proinde,
quanuis alia symbolica significatione, (nempe ut
remissionis peccatorum, & regenerationis lau-
crum) tamen non minus sit, tum simplicis verbis,
tum baptismi materia intrinseca, quam Cœnæ
Domini. Et certè Christo in Baptismo ~~eu~~saup̄d̄, &
~~eu~~s̄d̄m̄t̄, & ~~eu~~μ̄p̄v̄t̄or̄ ~~eu~~γ̄v̄d̄, & ex Spiritu renati, &
Christū induere, non minoris est momenti, quam
Christi carnem manducare & sanguinem bibere,
& ipsi concorporari. Quod si Patrum etiam au-
toritatem requiris, meminisse te oportuit eius
quod Beda quoque ex Augustino citat, nempe,

credentes per baptismū fieri corporis & sanguinis Christi particeps, licet qui baptizantur, ad alterius sacramenti, nempe Eucharistiae perceptionem non peruerterint.

Quid plura? Beza, inquis, statuarius, pro vero imperatore Christo, statuā eius collocat. Imò sunt potius statuarij vocandi, Holdere, qui, siue Luthero, siue Brentio, siue alio quopiam auctore, & ipsa veritate, ac trecentorū minimum annorū veteris Ecclesiæ historia reclamante, secundum Domini præceptū de nullis imaginibus religionis causa, siue faciēdis siue colendis, inter cærimonialia præcepta recensent. Istud autem quod tu calumniaris, sic habet. Vos vestra quadam peculiari Logica prorsus ~~accusatores~~, sic colligere consueistis, *Qui indignè panem illum comedunt, & vinum illud bibunt, rei sunt corporis & sanguinis Domini. Ergo sumunt etiā ipsum Domini corpus & ipsum sanguinem.* Nos autem hanc conclusionem non admittimus. Reos enim illos fieri corporis & sanguinis Domini dicimus, tum quod corpus & sanguinem Domini non minus verè sibi præbita, quam panem illum & vinum illud, (quauis diuersa ratione hæc nimirum corporis organis, illa verò spiritualiter per fidem sumenda) sua incredulitate repudiariint: deinde quod sacrorum symbolorum, ipsiusque mensæ Domini prophanatio in Christum ipsum redundet: sicut, qui Cæsarī statuam violavit, in ipsum Cæsarem peccasse meritò censemur. Hoc cine verò est, Holdere, Christum in statuam transmutare, ac non tu potius manifestè calumniaris?

Denique, huc usque, inquis, progreditur Beza ut dicat, *Christum etiam si posset corpore suo adesse,*
tamen

tamen hec velle non posse. Imò hoc docuit & docet Beza, non velle Deum quicquid potest: & Deum multa non posse, vt non posse mutari, mori, mentiri, nec tamen propterea Omnipotentem esse definere, quoniam hæc posse, non sit potentia, sed infirmitatis, atque adeò vitij πενιάς. Sed & illud docet Beza, quædam Deum nō posse velle ex οὐδεῖ, cuiusmodi est istud de quo nunc agimus. Quum enim Deus hoc statuerit, vt omne corpus humānum suis organicis partibus constet, ac proinde vnico semel suo loco comprehendatur: itēmque vt tale corpus humanum ὁ λόγος in æternum habeat/ cui corpori gloria οὐ φυσική, non ανθρώπική, naturam ac proinde dimensionem ac circumscriptionem, essentiale videlicet ipsius proprietatem, non ademit) non posse Deum propterea contrariū nunc velle: id est vel hoc corpus abolere, quod perpetuum esse semel voluit, quoniam à seipso disidere non potest: vel facere vt sit simul corpus & non corpus, quantitate præditum, & quantitatis expers, siue finitum simul & non finitum, locale & non locale, quoniam simul contradictoria velle, siue mentiri non potest. Hoccine verò est Omnipotentiam Deo detrahere?

Et hæc quidem sunt magna illa scelera propter quæ clamitas Holdere, Bezam vertiginis spiritu agitari: furere: duabus sellis sedere: unum pedem in calcio, alterum in pelvi habere: Proteo & Chameleonte mutabiliorem esse: calidum simul & frigidum ex uno ore efflare: terguersari: simpliciū facultate malitiosè abusus: denique alterum esse Lucianum. Hi sunt enim flosculi quibus dum infamiam mihi conciliare studes, videris ne ipse tibi potius ex iis corollam texueris.

Saltem verò vel leuissimo quopiam argumento nostram sententiam refutasset Holderus: qui tamē quum nonnulla patrum, ex Papistarum certè lacunis hausta testimonia nobis propinet, ea ipsa fidē qua illi ad suam transsubstantiationem confirmandam iis abutuntur, age, quantum hīc quoque hallucinetur, ostendamus. Sed rem conferam in pauca, ne vel lectoris, vel meo ipsius otio abutar.

Citatur ab istis Augustini locus vbi dicit, *hoc accipi in pane quod pependit in cruce*. Et quis aliud corpus pro re Sacramenti cōstituit, quām illud ipsum vnicum Christi corpus? quis sacramentalem inanem vñquam esse dixit præbitionem, si quid ipse Christus in pane, id est, præbito panis symbolo tradat, spectetur? Quis hanc præbitionem esse vanam docuit, si quis vnicum illud apprehendendi Christi instrumentum, nempe fidē, afferat? Sed quod vult Holderus nēpe essentialiter In, Sub, vel Cum pane reale Christi corpus adesse, & corporis organo sumi, absit ut Augustino, vel cuiquam patrum ante inuestigam Transsubstantiationem in mentem venerit. Quid enim ait alibi Augustinus sui ipsius interpres, nempe in Ps. 98: *Non hoc corpus quod vides, comedisti estis: neque sanguinem bibituri, quem illi effundent. Mysterium est quod vobis dico, quod si spiritualiter intellexeritis, vivificabit.*

Idem tamen contra aduersa. Legis lib. 2. cap. 9. inquit Christum nobis tradere suam carnem manducandam, & bibendum suum sanguinem, quem fidelis corde & ore suscipiamus. Nempe fidelis corde spiritu-aliter: ore verò sacramentaliter. Quid enim addit August? Id nimirū quod tu astutē præteristi, nempe istam oris manducationem esse figuratè intelligendam, quod

quòd alioquin sit horribilis carnem edere (reipsa nimirum & ore, vt vultis) quàm perimere : & sanguinem potare, quàm fundere, vt etiam lib. 3. cap. 10. de doctrina Christiana disertè exponit. Quis igitur te non videt Holdere, vel ista malitiosè, quod tu mihi immetitò tribuis, citare, vel aliena fide patres proferre, quos ex solis indicibus noueris?

Theophylacti locum, in quo dicit, *panem qui in altari sanctificatur, non esse respondentem figuram, sed ipsum corpus*, vide qua fide proferas. Omittis enim particulam exclusiūam S o L V M, que in Theophylacto Basiliensis Bibliothecæ extat. Quis enim sacramenta esse *vnū nū* negarit, quod toties apud patres repetitur? *At non nuda*, inquires. Concedo. Tunc verò nuda non sunt quum id quod significatur, reipsa datur: fide nimirūm spiritualiter percipiendū, quum hic cibus sit non dentis, sed mētis.

Chrysostomus ait, *Christum non fide solum, sed reipsonos in unam secum massam redigere, & corpus unum efficere*. Num igitur vis, Holdere, nostra corpora cum corpore Christi reipsa, substantialiter coalescere, imò ipsummet Christi corpus essentiale fieri? ac non potius agnoscis veram quidem, sed spiritualem ac mysticam esse Ecclesiae cūm Christo concorporationem? Quod quum ita sit, quo pudore audes aliam panis & corporis quàm sacramentalem cōiunctionem, & aliam quàm spiritualem eiusdem sumptionem statuere? Neque obstat, quòd id nō fide solum, sed reipsa fieri dicatur: quū his verbis non aliud significetur quàm reipsa percipi in Cœna Domini, quod fide apprehendimus: id quod non evenit in iis, quæ sic credimus, vt adhuc speremus, veluti secundum aduentum Domi-

ni, vitam eternam, & eas omnes in genere promis-
siones, quarum exitum saepe in fide petimus, suo
tantum tempore reipsa illas adepturi.

Idem Chrysostomus ait, *ipsum vides, ipsum tan-
gis, ipsum comedis, os nostrum accipit corpus Domini-
cum, carnem eius lingua contingis, labia sunt vestibulum,
per quod ingreditur corpus Domini.* Ego vero miror
ante præteritum quod ait idem auctor in Homilia
de Encœniis, *Vides panem, vides vinum? absit.* Et
quod scribit non semel August. nempe, *Corpus
Christi confici, in terram cadere, atque adeo consumi.*
Quis vero tales loquitiones non agnoscat esse sa-
cramentales, quibus quod signorum est, idcirco
de re significata dicitur, ut sacramentalis significa-
tio minime inanis esse significetur: non autem, ut
vel præsentia, vel perceptio eius statuatur, quæ &
carnis veritatem tollat, & sacramentorum neque
naturæ, neque fini & scopo respondeat? Nec enim
hec Sacraenta instituta sunt, ut substantię reipsa
se contingentes corpus reale ex pluribus realiter,
suaque substantia simul iunctis confletur, sed ut
mythicū ac spirituale Christi corpus (Ecclesia vi-
delicet) spiritu Christi, per fidem verè communi-
cati capitis vegetetur, ut describit Apostolus diui-
nissimè Ephes. 4.12. & 5.32. & Coloss. 2.9. & Co-
rinth. 12. 6. Alioqui si propriè & essentialiter cor-
pus ipsum Christi vultis videri in pane, quorsum
ista realis præsentia, quam tamen Omnia maiestati-
cam, & inuisibilem esse vultis? Quæ autem ratio
est visus in istis mysteriis eadem quoque est tactus,
& gustus, & esus ac potus.

Quæ citas præterea ex eodem patre, *Carnibus
Christi nos ali, & eius carnem per quam (id est, cuius
respectu,*

respectu, sive secundum quam, ut explicatur Heb. 2.14.) cognatus noster factus est, nobis concedi, nihil istam vestram consubstantiationem realem iuuat, nisi vultis etiam carnem illam in alimentum corporeū nobis cedere, ac proinde realiter intra nos concoqui, & in se se deperire.

Eadem est explicatio eius, quod ex Leone de-
promis, *Ore sumi quod corde creditur*. Nam & idem
Leo dicit, *non aliud agi ista corporis & sanguinis Do-
mini participatione, quam ut in eum quem accepimus
transēamus, & eum spiritu & carne gustemus, in quo
commortui, consepulti & conresuscitati sumus*. Num id
verò realiter & essentiali modo, ac non potius spi-
rituali per fidē ratione? Et idem Leo (ut iam olim
Gardinero respōdit Petrus ille Martyr, beatæ me-
moriæ, ex quo discere ista omnia debuisti, Holde-
re) illos obiurgat, *qui ore indigno carnem Domini ac-
cipientes, sanguinem eius declinabant*, quod si de reali
& substantiali per os rei ipsius sumptione interpre-
tari pergas, realiter sanè corpus Domini exangue
in pane statueris, ut fanguinem corporis experte
in calice,

Sed & Gregorium illum Romanū profers, qui
scripserit, *sanguinem Agni non tantum ore corporis,
sed etiam ore cordis hauriri*. nempe non tantum ore
sacramentaliter, sed etiam per fidem spiritualiter
percipi.

Sed ait Tertullianus, *Carnem nostram vesci cor-
pore & sanguine Christi, ut anima de Deo saginetur*.
Num tu verò ut ore sumi, sic ventriculo concoqui
carnem & sanguinem ipsum Christi putas? num
etiam Deitate realiter animas nostras saginari? Si
hoc arbitraris, nemo Christianus, ex Transsubstâ-

tiatoribus quidem, tecum disputandum censuerit. Superest ergo ut Tertullianus ipsius Christi vestigia sequutus, carnem & sanguinem vocarit illa corporea & materiata panis illius & vini illius symbola, quæ corpore sumuntur, non ut res communes ad huius vitæ usum, sed ut intus anima spiritualiter per fidem succum æternæ vitæ ex ipso Christo percipiat. Id autem ita esse apparet ex iis quæ procedunt eo ipso loco, ubi aquam baptismi quo corpus abluitur confert cum eo quod per aquâ ipsam verè significatur, nempe Christi sanguine animam emaculante: itemque ex eo quod ait etiam apertius in libro de carnis resurrectione, *Christum videlicet carnem suum, esse auditu deuorandum, ruminandum intellectu fide denique digerendum.* Non euā cuamus igitur sacramenta, sed illum ab Augustino prudenter obseruatum scopulum cauemus, ne signa pro rebus significatis accipiamus, quod extremitati stuporis esse testatur.

Nec alia response indiget illud Ambrosii ad Theodosium, *Quomodo huiusmodi manibus suscipes Domini corpus:* & illud Cyrilli, *Nos vivimus, qui carnem illam & gustamus, & manducamus.* Corporis enim & sanguinis illius tactum & gustum non conuenire nostrorum corporum sensibus ipse sensus demonstrat, nec ipsi Transsubstatiatores dixerint, ut potest qui accidentium qualitates permanere docent, ut *τὴς οὐρανοφαγίας & αἰωνιότητος* alioqui realis & essentialis horror tollatur. Superest ergo ut quod foris sit in signoru sumptione, ad rem ipsam quæ intus sit spiritualiter per fidem idcirco transferatur, ut Sacramenti veritas ita sanctiatur.

Et ex his quidem, Holdere, non recuso quin omnes

omnes docti simul & pii dijudicent, vtri cōueniat fanatici nomen quod mihi attribuis, & cuius sententia veritati, & eruditæ vetustatis autoritati repugnet.

De verisimilibus.

Tu igitur, Holdere, non tantum vera, sed etiam verisimilia in me putasti reprehendenda: ex quo efficitur ne verisimiles quidem esse tuas reprehensiones, veris & verisimilibus oppositas. Sed ad rē, ne pro conuictis videar iocos reponere. Verisimilia vocas quæ probabilitatem aliquam & veri speciem vel habeant, vel habere certè videātur: cāque duplicitia, nempe partim ex philosophicis principiis à me inepto, absurdo, crasso Theologo, imò etiam ex impiis Poetis aduersus piam doctrinā de Christi persona & sacra eius Cœna collecta, conquista, & amplificata: partim ex aliquibus Scripturæ phrasibus, cum quibus illa videntur pugnare, & ex aliquot fidei articulis, non rectè explicatis desumpta. Et suam quidē laudem philosophiæ relinquis, sed adiecta conditione, vt intra suos fines maneat, & verbo Dei regi se sinat, quod ipsem et alicubi scripferim. Accipio conditionem, & paucis tecum transigam. Ostende vel apicem ex sacrī literis unde constet, vel ante, vel post glorificationem esse entiale corpus Christi ullam physici corporis proprietatem abieciisse. Demonstra corpori Christi quidquam ex physicis principiis affinxisse me, quod ei, quale nobis sacrī literis describitur, necessariò non cōueniat, & viceris. Sin minus tute falsissimā de persona Christi & sacra ipsius Cœna

doctrinam agnosce & emenda. Non igitur Theologiam physicis principiis subiicio, quum naturali, quantumuis hyperphysicis donis ineffabiliter glorificato Christi corpore, ex sacris literis praesupposito, naturales simul & essentiales ipsius veri corporis proprietates tueor, utpote que nullis hyperphysicis tollatur, sed exornetur. At quem pro hyperphysicis, antiphysica essentia substituitis, an non & verbo Dei simul & physicis legibus repugnatis? Sed nulla certe necessitate probada mea suscipio, quae nullo ne leuissimo quidem argumento refutasti. Satis enim esse existimasti, si pro omni ratione tuas istas exclamations subiiceres. *O diuinum ingenium. O acumen hominis, & exquisitum iudicium.* Cedant omnes Philosophi & poetae. Enim uero, Holdere, hoccine est respodere, an tergiuersari? Addis patrum autoritates de quibus postea sigillatim agam. Nunc ut vel cæci omnes perspiciant, egone an tu potius, & verbo diuino, & patruu auctoritate abutaris de ipsis principiis sigillatim dicamus. Sunt autem ista.

1. Omne verum corpus humanum est in loco.
2. Omne corpus est Quantum, dimensum, circumscriptum, finitum, visibile, palpabile.
3. Quæ alicui rei sunt propria quarto modo, re ipsa communicari disparato non possunt.
4. Idem subiectum non potest simul esse finitum & infinitum, circumscriptum & incircumspectum, visibile & inuisibile.

Istane tu vero simpliciter & in uniuersum, affirmatis videlicet *ανθρακοῖς*, inficiaberis? Nequam, opinor, tam procul omnes verecūdias fines trāslieris. Superest ergo ut Christi corpus ab ipsis regulis

regulis excipias. Sed quo iure? Physico certè nequaquam. Ergo nec diuino. Hic enim ita cōsentire dico sacras literas cū naturæ legibus, vt vtrūque te vel cōcedere, vel negare oporteat. Tu dicas, inquies, at nos negamus. Cedò igitur, mentiri sacras literas doce. Eum enim qui physica simul & antiophysica, id est quę stare cum essentialibus corporis proprietatibus nequeunt, vni eidēmque corpori tribuat, mentiri sine vlla exceptione necesse est, quum & in ipsa rerum natura, & in Theologia necessariò sit falsa cōtradictiorum enuntiationum altera. Quum autem illa principia dicere audeas patrum testimoniis conuelli, age actum agamus, id est nihil min' verè abs te dici potuisse prolati, quod iam toties à nobis factum est iisdem testibus rursum, sed paucis ostendamus.

Omne verum corpus humanum est in loco.

Est autem verum Christi corpus humanum

Ergo in loco.

Seuerianus, citante Theodoreto, *Natus Christus est caelētis & terrenus* (id est verus essentialiter Deus, & verus essentialiter homo) *in loco versans secundum corpus, extra locū positus, secūdum τὸν λόγον.*

Nazianzenus. *Docemus eundem Christum corpore loco contineri, spiritu* (id est essentiali Deitate, non autem Brentiana diuinitate homini Christo & Petro, quanuis impariter communi) *loco non cōtineri.*

Tertullianus de Trinit. dial. 2. *Vbiq[ue] inuocatū adesse, non hominis natura est, sed Dei* (id est non humanitatis sed Deitatis essentialis) *ut adesse omni loco possit.*

Cyrillus de Trinit. dial. 2. *Si diuina natura partitionem reciperet, intelligeretur & corpus.* Si autem

hoc, in loco omnino & magnitudine & quantitate.

Idem dialogo 5. Posse implere omnia, & trahere per omnia & sequi in omnibus, non est alteri natura quam diuinæ (id est essentiali ipsi Deitati) concedendum.

Vigilius contra Eutychen. lib. 4. Aut Verbum cum carne sua loco continetur, aut caro cum verbo ubique est: sed quia verbum ubique, caro autem ubique non est, apparet unum eundemque Christum utriusque esse naturæ: & esse quidem ubique secundum naturam Diuinitatis sua, & loco contineri secundum naturam humilitatis sua. Hæc est fides & confessio Catholica, quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles nunc usque custodiunt.

Augustinus ad Dardanum, agens de hoc ipso Christi corpore, & quidem glorificato, Spatia locorum tolle corporibus, & nusquam erunt: & quia nusquam, ergo non erunt.

Idem in Ioh. tractatu 30. *Corpus in quo Dominus resurrexit, in uno loco esse oportet, Veritas autem (id est diuina efficacitas ac virtus) eius (nempe Domini) ubique diffusa est.*

Idem ep. 3. *Quantumcunque sit corpus, vel corpusculum, ut loci spatiū occupet necesse est.*

Idem, De essentia diuinitatis, Dei filium in hominem (id est Humanitate) assumptione corporeum & localēm post resurrectionem non profiteri, est profanum.

Idem lib. 2. de Civitate Dei. *Christus ubique est tanquam Deus, & in loco aliquo cœli, propter veri corporis modum.*

Fulgentius lib. 2. ad Thras. *Christi vera Humanitas que localis est Apostolica quoque doctrina intimatur, & absque dubitatione monstratur.*

Omne verum corpus suis organicis partibus constans, est finitum, circumscriptum ac dimensum, & tale semper ex quo creatum est fuit, ac futurum est Christi corpus.

Ignatius ad Trallianos. *Verè natus est ὁ λόγος ex Virgine, corpore similibus atque nos affectionibus praedito induitus.*

Didymus de Spiritu sancto. *Ipse Spiritus sanctus, si unus esset ex rebus creatis, saltem circumscripam haberet substantialia, sicut uniuersa que facta sunt.*

Theodoreetus dialogo 2. *Corpus Domini quod resurrexit, est quidem diuina gloria glorificatum, & dignitate sessionis ad dextram Patris donatum, corpus tamen est, & habet quam prius habuit formam, figuram & circumscriptionem.*

Nazianzenus? *Docemus eundem Christum circumscriptum corpore, incircumscripum spiritu. (id est essentiali Deitate.)*

Cyrillus de Trinit. dial. 2. *Si caderet in diuinam naturam quantitas, non effugeret circumscriptionem.*

Vigilius lib. 4. contra Eutychen, in Brentianis quod ad realem effusionem in carnem, non tantum nonnullarum sed omnium Deitatis proprietatum renatum, dial. 2. *Circunscribitur loco secundum naturam carnis sua (non induitur ergo humanitas effusa incircumscriptione & omnipresentia) nec capitur loco per naturam diuinitatis sua. Nulla est ergo diunitas in Christo quæ loco capiatur. Hac est fides quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborauerunt, & fideles nunc usque custodiunt, & custodient, Holdere.*

Ambrosius ep. 22. *Eadem est in Christo corporis*

*veritas, qua in nobis, Et lib. de Spiritu S. Nulla crea-
tura dicenda est qua non habeat circumscriptam deter-
minatamque virtutem. certe igitur & essentiam. Vbi
igitur Brentianā diuinitatem, nō qua æternus Fi-
lius est Deus, sed quā Deitas humanitati assumtæ
re ipsa communicauerit, Brentianam, inquam O-
mnipræsentiam & Omnipotentiam inueniemus?*

*August. ad Dardan. Vbi que crede Christum per id
quod Deus est (Deus essentialis, non reali effusione
factitius, siue Brētianus) in cælo autem (ergo cælum
in quod ascendit Christi caro non est qualitas cæ-
lestis, siue Vbi quicunque Omnipræsentia siue impiū
delirium) secundum veri (ac proinde circumscripti)
corporis modum.*

*Idem epist. 146. Ego Christi corpus ita in cælo esse
credo, ut erat in terra quum ascenderet in cælum. Ergo
circumscriptum sua dimensione, ut qui dicat, pal-
pate.*

*Omne verum corpus humanum est visibile, &
palpabile. Ergo Christi corpus est visibile &
palpabile, vbi quicunque adeit re ipsa substan-
tialiter.*

*Antequam huic dicto probando patrum auco-
ritatem perspicuā adhibeam, refellendum est quod
in me, siue per inscitiam, siue malevolentia potius
quam iudicio reprehendit Holderus, nempe quod
Lucretii, impii alioqui poetæ hunc versiculum ci-
tarim,*

*Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.
At qui tanto autore, & quidem in hac ipsa causa,
istud feci, ut Holderum potius istius reprehensio-
nis pudere oporteat: Tertulliano videlicet, cuius
hæc*

hæc verba sunt. Non potest phantasma credi qui contactum & quidem violencia plenū detentus, & captus, ad precipitum usque protractus admisit. Nam etsi per medios evasit, sed ante iam vim expertus, & postea dimissus, scilicet soluto, uti assolet, tumultu, vel etiam inrupto, nō tamen per caliginem eluso, quæ nulli omnino tactui succidisset, si fuisset. Tangere enim & tangi, nisi corpus, nulla potest res, eriam secularis sapientia digna sententia est. Audis, Holdere, quid, à quo, in quem, & quo argumento hic certetur? Agitur de tuenda Christi corporis visibilis & palpabilis veritate, aduersus ~~sophistos~~, haud paulò certe vobis ubiquitariis prudentiores. Videbant enim stare cum suo dogmate verè esse entiale corpus nō posse. Itaque aperte malebant corpoream eius essentiā negare quām à scipsis coargui. Vos autem comminisci rationē studetis qua esse entiale verum corpus, simul & visibile & palpabile, & tamen inuisibile & impalpabile, locale & illocale, circumscriptum & incircumscriptum, denique corporibus nostris simul præsens & absens tribuatur. Agit autem Tertullianus, quo constat neminem neruosius aut eruditius illā Marcionis blasphemiam oppugnauisse: idque argumentis à physicis corporis humani ~~ovsanxois~~ proprietatibus manifestè desumptis: sicut aduersus Arianos firmissima tela patres ab iis proprietatib^z quæ sunt in Deitate prorsus ~~anoyawto~~ desumpserunt. Et tu, quis es cui hanc argumentandi firmissimam rationem eludēti credamus? Imò quorsum ego Tertullianum profero, quum ipsum Dominū oporteat ut Sophistam redarguere, quasi parūm appositiè his verbis, *Palpate & videte, veritatem corporis sui probantem, nisi qualitates iste necel-*

sariò veris corporibus adhærere presupponamus?
Sed age, audiamus etiam alios. *Natus est Christus*
visibilis (inquit Seuerianus) *secundum carnem, innisi-*
bilis secundum Spiritum.

Nazianzenus. Christus habitat in cordibus nostris,
videlicet non secundam apparentem naturam, sed secu-
dum innibilem.

Augustinus de essentia Diuinitatis. Dei Filium
in homine assumpto visibilem & corporeum ac localem
post resurrectionem non credere, profanum est.

Idem serm. 66. de verbis Domini. Semper no-
biscum est diuinitate sua (essentiali) & nisi corporaliter
ab iisset à nobis, semper eum corporaliter videremus, &
nunquam spiritualiter crederemus. Quomodo igitur
fidei Christianorum promouent, qui Christi car-
nem realiter, In, vel Sub, vel Cum pane quarendū
docent?

Idem corpus non potest simul finitum esse &
infinitum, circumscripsum & incircunscri-
ptum, visibile & innibile.

Vos quidem istud insiciari nō potestis, sed illud
in scholis tritum excipitis, repugnantia non dicitur
nisi secundum idem: quam distinctionem obiicis à
me magistraliter quidem, sed per absurdè explicari,
quasi non aliud sit Secundū idem, quam In eodem
subiecto. At tu vidēsis potius ne ridiculus calumnia-
tor hic deprehendaris. Nec enim ignorare potes
eo loco quem ex mea aduersus Pappum defensio-
ne citas, mihi non fuisse aliud propositum quam ut
explicarem quid sit ἡ ταῦτα apud Damascenum,
cuius verba citaueram, & nūc repeto. Disputat ab
absurdo aduersus Monophysitas Damascenus lib.

Orth.

Orthod. fidei 3. cap. 3. quoniam videlicet eadem natura (composita videlicet qualem isti esse Christi volebant) nō potest secundum idem recipere contriarum naturalium denominationem, hoc est eiusdem subiecti respectu, sed diuersi, ut exempli gratia, Humana natura, siue vniuersaliter siue in quopiam homine considerata, duabus diuersis partibus hypostaticè vnitis constans, rectè dicitur mortalis, & immortalis, corporeus, & incorporeus. At non secundum idem subiectum. Nam hęc quidem secundum vnam eius partē nempe animam, illa verò secundūm corpus dicuntur. Sic etiam dicitur verè Christus creatus, & increatus, finitus & infinitus, sed distinctis naturis, non vnius naturæ, tanquam subiecti respectu. Verba Damasceni sunt, *Quinam autem vnika natura contriarum essentialium differentiarū capax fieri potuerit?* (nec enim de accidentalibus quæritur, quæ permisceri possunt, sed de essentialibus, aut quæ necessariò naturam ipsam essentialium consequuntur, cuiusmodi est rerum corporearum circumscrip̄io & localitas.) *Quomodo enim fieri potest, ut eadem natura secundum idem* (τὸ ταὐτό, vel ut aliqui codices habent τὸ ταὐτὸν, id est in eodem, scilicet subiecto, putā Christo) *fuerit creata & increata, mortalis & immortalis, circumscripta & incircumscripta?* Hoc ipsū est autem argumētum quo aduersum vosquoque, et si diuersa nonnihil via, tamen ad eundem scopulum naufragium facientes vtimur. Negamus enim vnam & eandem naturam, siue diuinam siue humānam posse contrarias essentiales aut τὴ φύσης necessariò & ἀξείσως μαρτυρήσas differentias in sese

d. i.

recipere, ac proinde yllum vestræ Omnimaiestaticæ simul & realiter corporeæ ac essentiali præsentiæ locum relinqu. Negamus Christum alia ratione Deum esse quām ea Deitate essentiali quā in sese ut æternus Dei Filius ab æterno habuit: & blasphemiam qua Brentius pag. Recog. 40. & deinceps, gratiam vniōnis cum donis in carnem ipsā effusis, & rursum hæc creata dona cum essentialibus æternæ vnicæque illius Deitatis proprietatibus, idem pag. Recognit. 46. & 275, & alibi saepe confundit, execramur: qua de re sic alibi rectè idem Damascenus eodem illo capite, omnem vestram illam realem effusionē his paucis verbis euertens, & Monophysitas eos etiam appellans, tā qui essentialium ipsarum, quām qui essentialium, siue proprietatum, siue ~~ταπεπομπων~~, realem ab una natura in alteram ~~ταξιδησαν~~ siue ~~τηρησαν~~ somniant. Substantialem, inquit, naturarum differentiam integrā ~~την~~ incolunem seruari desinimus. Nunc, quid per differentias intelligat, audiamus, & quomodo saluæ manserint. Nam creatum mansit creatum: & increatum quod increatum (quod vos ipsi à vobis dissentientes, postquam omnes Deitatis proprietates docuistis in carnē assumptam realiter effusas, sicut nonnullæ tantum in Petrum effusæ sunt, excipere cogimini) quod mortale, mortale: (donec videlicet resurgendo fieret beatissimæ immortalitatis particeps) quod immortale, immortale: circumscrip̄tū quod circumscrip̄tū eant nunc Brentiani, & audeant assertere localitatem esse accidens à corpore a essentialia separabile, nec ad essentialiam pertinere, vt scribitur pag. recog. 59, 87, & 285.) incircumscrip̄tū quod incir-

incircumscripsum: visibile quod visibile: inuisibile quod inuisibile. Et mox, ~~novioriū idicauerūt~~, realem quidē quod ad personam, non autem quod ad naturas in sece consideratas attinet, declarans (nam alioqui falsissimum esset quod modō affirmarat) *V*erbum, inquit, ea quae *Humanitati conueniunt sibi vendicat* quod ipsius sint, quum sancte ipsius carnis sint. (non igitur quod ipsumet ~~τῷ λόγῳ insita~~ sint) ac viciſſim carni imperit quae sua sunt (id est sibi propria, non igitur communia, nisi quatenus unum est ~~ὑγιά-~~
~~μονος ὄλεος κατὰ μέρη consideratum~~) mutue commuta-
tionis videlicet ratione, ob partium inter se (personam unicam constituentium, non naturam, neque in-
essentia ipsa neque in proprietatibus) reciprocatio-
nem ac personalem unionem: & quia unus & idem est diuina & humanae efficiens. Et mox. *Quomodo differ-*
entia seruari possunt, nisi seruetur quae inter se differunt?
Sed age alios etiam audiamus.

Cyrillus lib. in Ioan. 2. cap. 3. licet de Deitate lo-
quens. *Quomodo, inquit, uni eidēmque subiecto, quae*
inter se contraria sunt, simul accidentē

Idem lib. Thes. 2. *Qua naturaliter diuersa sunt, ea*
omnia proprietatibus quibusdam naturalibus inter se
differunt. At qui reali cōmunicatione quae propria
*sunt, sicut rē ipsa communia. Itaque naturales pro-*prietates, si saluē mancant naturā, sunt rē ipsa in-**

communicabiles.

Idem eodem libro. *Simile in simili videtur: que*
vero natura differunt, nunquam in alterutris videbūtur.

Ibidem. *Non omnis differentia separat substantias,*
sed ea substantias separas quae naturas desinit. Est ergo
ānoīvōntos.

Ibidem. *Virtutem creatricem suscipere creature non potest.* Eadem est ratio substantialis Omnipresentis & similium.

Quid plura? *Proprietates* (inquit centies Kemnius) *vestram realem effusionem iugulans non egreduntur sua subiecta*, qui tamen ut realis inexistentiae ac praesentiae, & oralis mandationis commentum, quantuis everso ipsius fundamento stabiliret, reipsa inesse assumtae carni somnians, quod tamen nullo modo insit ut subiecto, id est sublato antecedente ponere volens consequens, & ~~τεχαπνον~~ *unionis*, quae utrinque est reciproca, estque *κοινωνίας ιδεών* & *αὐτισμῶν* in cōcretis denominationibus fulcrum, cum ea confundens quae est habitualis, ut scholastici loquuntur, & duntaxat in abstractis locum habet, & ita quidem ut communicabilia quidem diuina humanitati, humana vero deitati nulla tribuantur, ex Scylla in Charybdis incidit: tanti est momenti veritatem sincerè querere, & inuentam recta prolsus conscientia tueri.

Et de principiis quidem illis physicis hactenus dictum esto. Nūc ad merē Theologica veniamus. Sunt autem ista.

Christus ascendit in cælos, ibique sedet ad dexteram Patris, (id est inde res omnes administrat) & inde venturus est ultimo demum die. Nemo autem est in eo loco quem reliquit, aut in eo in quem venturus dicitur, nec aliter illa quam de physica loci mutatione dici possunt. Ergo Christi corpus essentiale non est nunc in terris: neque In, Sub, vel Cum symbolis realiter, neque manu & ore ipsa corporis, sed spiritualiter per fidem sumendum traditur:

ditur: non tamen ut substantia mutuò se contin-
gant, sed ut spiritualiter ac mysticè in vnum veluti
corpus sub eo capite coniuncti, eternam inde vitā
animo & corpori hauriamus.

Hæc enim est horum argumentorum ab analogia fidei, veritate corporis Christi, & sacramentorum fine petitorum firmissima consequutio, non qualem tu nobis affingis, quasi videlicet qui spiritualiter fidei præsens esse, & spiritualiter per fidem communicadum Christi corpus docēt, nuda signa statuāt, & pro vera veri corporis perceptione, phantasma substituāt. Iстis verò prorsus immotis principiis, quum tu nihil præter auctoritatē patrū opponas, age primū ex iis ipsis patrib', qua fide nobis illorum testimoniū obtrudas, dispiciamus, iis postea responsuri quæ ex ipsis desumpta protulisti.

Apollinaris citante Theodoreto, *Christi copulatio non mutat corporis naturam*. Ergo hypostatica unio corporis Omnipræsentiam non gignit.

Origenes Hom. 33. in Matthæū. *Vt homo, peregrinè est* (id est à nobis abest ut abesse à Domino dicimus 2. Cor. 1. 5.) *qui est ubique secundum diuinam naturam*. *Nec enim est homo* (id est nec enim Christus quatenus homo, siue secundum humanam naturā) *qui est ubiunque duo vel tres congregati fuerint in ipsius nomine*: neque homo nobiscum est ad consummationem usque seculi: nec congregatis ubique fidelibus præsens est homo, (quatenus homo, sed quatenus Deo unitus est) sed virtus diuina quæ est in Christo Iesu.

Athanasius, citate Vigilio, *Eius est IRE & VENIRE*, qui aliquibus locorum terminis circumscribitur, & eum in quo erat locum *DESERERE*, ut ad alium d. iii.

*vbi NON ERAT VENIAT. Quomodo igitur ait,
Vado ad Patrem, cum quo semper erat, & a quo nun-
quam recesserat, nisi quia utique de illo quem assumser-
at homine loquebatur? Vide igitur Holdere, Pa-
tres illud Abire, Ascendere, Venire, & tò pñtò in-
tellexisse humanitati attributa, quam expositione
perpetuò Ecclesie Orthodoxæ aduersus donatianos &
Eutychianos defensam abolere non potest sessio
ad dexteram Patris, quum Spiritus sanctus sibi ipsi
minime repugnet.*

Theodoretus dial. 2. *Corpus quidem Domini quod
resurrexit est diuina gloria glorificatum, & sessionis ad
dexteram Patris dignitate donatum. Ab Angelis ad-
oratur (quia videlicet est Dei corpus, non in se
simpliciter) corpus tamen est, & HABET quam
PRIVS habuit formam: figuram, & circumscriptionem.
Quoniam igitur pudore Ascensionem Christi in
celos allegoricè interpretamini, cum sessione ad
dextram Patris confusam? qua fide sessionem ad
dextram Patris, resurrectionem & ascensum in cæ-
los, permutata articulorum fidei serie ad incarna-
tionem refertis? qua conscientia ex sessione ad dext-
ram patris, chimaram illam corporis Omniaie-
statici, Omnipræsentis, & Inuisibilis extruitis?*

Cyrillus de Trinit. dial. 2. *Nullus ambigit (imò
nunc non tantùm non ambigitur, sed contrarium
disertissimè & pertinacissimè affirmatur, & omni
coactionis genere sanctitur) quum ad celos ascende-
rit, quanvis virtute Spiritus (id est essentiali deitate
efficacissima) semper ad sit presentia tamen carnis i-
psum abesse. Et, ne quis per Spiritus virtutem intel-
ligat aliquid reale in ipsam carnem effusum, aut
quod*

quod ipsi carni reipsa, nec tamen subiectiuè sive habitualiter, iuxta Kemnitiam chimæram insit, (id est insit & non insit) audiamus eundem Cyrilum libro in Ioan. 11. ca. 22. sic scribentem. *Quum igitur Deitati salus attribuatur, non debetis carnis presentiam (realē videlicet & aliam quam spiritualem, & cuius sola fides est instrumentum apprehendēs) propterea desiderare.* Et eodem lib. cap. 3. *Post passionem in cælos ascendens Spiritum misit. Non enim conversari cum Apostolis carne (id est humanitate sua) poterat, quum ad patrem ascenderit.* Cui assentiens August. sermone 50. de verbis Domini. *Semper quidem nobiscum est diuinitate sua (nempe essentiali, non illa Br̄etiana realiter communicata, quæ excrandum esset idolum si vispiam existeret) sed nisi corporaliter (id est humanitate sua, etiam in cælis locali, ut suprà iisdem testibus demonstratum est) abesset, semper eius corpus carnaliter (visibile enim esse est veræ corporeæ naturæ humanæ inseparabile) videremus, & nunquam spiritualiter crederemus.* Arcet igitur nos à vera cōmunicatione Christi, figmentū & Transsubstantiationis, & realis In, Sub, vel Cum symbolis Consułstantiōnis: & tantum abest ut patres cēlos in quibus nunc est Christi Humanitas, Vbiuitate gloria (quod facit Brentius) descripscrint, ut contra ex Ascensione realē essentialis corporis à terris absentiam (quod & ipsi facimus) tanquam necessariò consequentem colligant. Nam & idē Augustinus tract. in Ioan. 36. & 50. secundum carnem (inquit) quam verbum assumit (id est etiam à verbo assumtam, ne quis putet ynone hypostatica quicquam in ipsis d. iiiij.

essentia & susannis eius pertibus immutatu*m*) ascen-
dit in celum, non est hic. Idem tractat. 87. A quibus
homo (id est quatenus homo abscedebat (verè, non
disparitione) Deus (id est quatenus Deus, ubique
solus existens) non recedebat. Ergo ibat per id quod
homo erat, & manebat per hoc quod Deus erat. Ibat
per hoc, quod uno loco tantum erat, manebat per hoc
quod ubique erat.

Et alibi. Ideo Dominus noster absentauit se corpore,
ut fides adficeretur.

Fulgentius lib. 2. ad Thras. Ut localem ostenderet
humanitatem suam, dicit discipulis suis, Ascendo ad
patrem meum. Et mox. Quomodo ascendit in celum,
nisi quia verus & localis est homo: aut quomodo adest
fidelibus suis, nisi quia immensus & verus est Deus?

Sed & de Sessione Humanitatis ad dexteram
patris, cuius ratione dicit disertè Brentius se ex-
quare naturas non vix sed ξενοντα, (idque duplice
blasphemia, quia Deitatis ξενοντα, nec magis multi-
plicari quam Deitas ipsa potest, nec in ullam rem
creatam magis effundi quam Deitas aliqua factitia
esse potest) audiamus quam bene cum patribus
Ubiquitarij Omnipræsentiales consentiant.

Cyrillus lib. in Ioan. II. cap. 3. Christus patri pro
nobis apparens, & ad eum dexteram sedens, et si abest
corpore, tamen habitat in sanctis per spiritum.

Augustinus ad Dardanum. Ut ubique crede Christū
per id quod Deus est, in celo autem per id quod homo,
secundum V E R I (ac proinde, ut idem inquit, cir-
cumscripti) corporis modum Cui corpori (ut idem ait
lib. 22. de Ciuit. Dei & alibi) immortalitatem dedit,
naturam non ademit, ac proinde nec localitatem, nec
circun-

circumscriptionem. Inquit enim idem epist. 146. Ego Christi corpus et anima in celis esse credo, ut erat in terra quum ascenderet in calum, & quemadmodum ipse Christus discipulis de ipsis resurrectione dubitantibus ait, Palpate & videte. Spiritus carnem & ossa non habet.

Fulgentius l. b. 3 ad Thras. *Christus inseparabilis terram secundum hominem quem accepit, localiter defens, in calum ascendit, & ad dexteram patris sedet.*

Sed & ex eo quod Christus secundum Humanitatem venturus est & carnis in terras, eius corporis realem a terris absentiam colligunt Patres, minime id facturi, si ex Brentianorum sententia, Ascensum quidem pro disparitione, vel pro spectaculo ad nubes usque accepissent, vel redditum illud essent interpretati, redditum ab invisibilitate ad Visibilitatem.

Vigilius li. 4. aduersus hoc ipsum dogma. *Quando caro in terra fuit, non erat utique in calo: & nunc quia in calo est, non est utique in terra: & in tantum non est, ut secundum ipsam expectemus venturum de calo, quem secundum verbum nobiscum esse dicimus in terra.*

Augustinus ad Dardanum. *Noli dubitare ibi non esse hominem Christum, unde venturus est secundum Christianam confessionem, in eadem videlicet carnis forma, cui immortalitatem dedit, naturam non abstulit.*

Visibilis igitur, localis, & circumscriptus semper fuit, est & erit, quatenus homo. Addit enim August. Secundum hanc formam (Humanitatem videlicet ipsam, non autem secundum Humanitatis infirmitatem accidentalem, ut volunt Ubiquitarij, quum haec Christus abiecerit per immortalitatem, illam vero retinuisse in gloria hoc ipso loco dica-

tur, non est putandus ubique diffusus. Cauendum est enim ne ita Diuinitatem adstruamus hominis, ut veritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, ut quod in Deo est, ita sit ubique ut Deus. Nempe, inquit, Iacobus Andreas, quia est etiam ubique, sed per communicatam diuinitatem, non autem illam essentiali. A cutum sanè glossema: nisi superioribus ipsis verbis Augustini repugnaret, aut quasi vlla factitia esse possit Deitas, id est Omnipræsen-tia: quem saltem ex Cyrillo in Ioan. lib. 3. cap. 1. di-scere oportuerat, ista similitudinis aduerbia in cō-muni loquendi vsl: nec quum de aliquibus dicuntur æqualitatem semper ponere, sed duntaxat simi-litudinem: neque quum de aliquibus negantur, semper in æqualitatem duntaxat, sed etiam summā dissimilitudinem interdum declarare.

Augustinus lib. de Vnitate & Trinit. cap. 2. per id quod Deus est æqualis patri, & ubique præsens est: per id quod homo, & passus ac mortuus est, & resurre-xit, & ascendit in celum, sed et que ad dexteram Patris, & sic veniet ad iudicandum viuos & mortuos, quæadmo-dum est ire V I S V S in celum, in eadē forma carnis, & substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abſtulit.

Fulgentius li. 2. ad Traſim. Ut Christi veri homi-nis corpus localiter contineri Apostolus monstraret, ait, Conuerſi eſtiſ ad Deum à simulachris, ſeruire Deo uni & vero, & expectare filium eius de celis quem ſuſcitauit à mortuis: ipsum utique monſtrans corporaliter ē celo venturum, quem corporaliter nouerat à mortuis excitatum. Propterea rursus ait, Noſtra autem conuerſatio in celis eſt, unde etiam Saluatorem expectamus.

Et

Et paulò pòst. *Hanc veritatem corporis Christi de celo vèturi Ioannes quoque confirmat, dicens, Ecce ve riot in N V B I B V S.* Quomodo verò in nubibus, si caelos Brentianos ubique sitos credimus?

Sed quorsum ista quanuis ex plurimis pauca, toutes iam vobis superioribus annis, & à magnis illis beatæ memoriae viris, Petro Martyre, Henrico Bullingerio, Iosia Simlero, & à me quoque inculcata? nempe ut tandem vobis ad ea respondere in mentem veniat. Quæcumque verò tu in contrariā sententiam accumulas, mirum est animaduertere te non potuisse partim ad quæstionem propositam non pertinere, partim etiam teipsum redarguere. Nec enim quæ commemorat patres de incomprehensibili Dei in his sacris mysteriis virtute, & fidei natura & efficacia, huc spectant, ut realem simul & inuisibilem statuant ipsam Domini corporis substantiam, In, Sub, vel Cum pane adesse (nam & à Dei verbo, & à seipsis dissiderent) sed ad sacramentalis præbitionis veritatem, & ipsius rei significatię spiritualem & humanę rationi incomprehensibilem perceptionem: ad huius denique perceptionis effectum, mysticam videlicet nostrā cum Christo coalitionem pertinēt, quarum terum verè magnū esse mysterium Apostolus Ephesiis scribens meritò pronuntiat. Nam quod attinet ad ipsam sacramentalem coniunctionem simpliciter considerat, id est extra rei significatię dignitatem & participationem, quum ea sit merè significativa, & in negotiis etiam ciuilibus valeat, nullum certè in ea miraculum statui potest. Habita autem rei significatię ratione, stat illud Augustini, Veneranda esse

sacra menta ut religiosa, stuporem autem habere non posse ut admiranda. Ipsam verò rerum significatarum spiritualem ~~carneam~~, nostrum omnem caput superare, tantum abest ut negemus, ut è contrario modum illius verè diuinum, & qui humanū omne acumen superet, quem vos tollitis, statuimus. At vestrum dogma, præterquam quod articulis fidei perspicuis, ipsa corporis Christi veritate, ipso sacramentalis institutionis fine & effectu spirituali, irrefragabili denique Orthodoxæ Ecclesiæ, in asserenda corporis Christi essentialis circumscriptione, localitate, & absentia, manifestè refellitur, nullū in his admirationi locum, excepta veri corporis ~~essentia~~ infinitate, relinquit. Quid enim mirum est quod re ipsa & sui essentia præsens manibus & ori traditur, manibus & ore accipi? Miraculū verò ambulationis super aquas, in aquis certè potius quam in ipso Christi corpore editū, & Petri quoque corpori commune, qua conscientia, quæ so, ad Omnipræsentiam realem corporeæ substantiæ astruendam profertis? Longè enim aliud est molem & pondus corporis miraculo suspendere, quam corpulentiam ipsam & localitatē corpori adimere. Ingressus autem Christi ad discipulos ianuis clausis, quocunque tandem modo accipiatur, manifestè vos refutat. Nam si vobis creditur, qui iam antea ubique erat, intus etiam apud discipulos erat. Itaq; (si vobis creditur) INTRARE in illa historia, sicut VENIRE, quū de secundo aduentu agitur, non significabit ex uno loco in alterum sese inferre, sed ex inuisibili sese aspectabilem præbere. Et quando, tandem, obsecro, Christianam

stianam fidem exponere omniū gentium ludibrio
desinetis? Denique quorsum vlla miracula in me-
dium adducitis? Quum enim in veris miraculis
ordo naturæ mutetur, rerum ipsarum etiam muta-
tio necessariò sequitur. Vos autem quoties premi-
mini vera hypostaticæ yunionis definitione, in qua
dicuntur saluæ tum naturæ ipsæ, tum earum essen-
tiales proprietates omnes permanere, conceditis
Christi corpus esse quantitate circumscripsum: &
tamen vsque adeò illud ipsum eodem momento ex-
tra suæ circumscriptionis fines protenditis, vt ubi-
cunque est Deitas (est autem ybique) illud quoque
realiter & essentialiter corporibus etiam nostris
adesse, id est simul finitum & infinitum, locale &
illocale, in cælis & in terris esse contendatis. Ita
que ut paucis tecum transigam, Holdere, malū te
exemplū Brentii apertè sequi dico, cuius hac ver-
ba sunt, Recognitionis sive repetitæ impietatis,
pag. 143. Scio, inquit, Theodoretum, scio alios (immò
omnes tum Græcos tum Latinos patres eodem
perpetuo consensu, ne trāsubstantiatoribus qui-
dem exceptis, quanuis à seipsis postea dissidenti-
bus) dicere corpus humanū habere in altero seculo ean-
dem circumscriptionem quam habuit in hoc seculo (ad-
dere autem debuit Brentius illos qui contrà sen-
tiāt ut blasphemos & impios ab iisdem ex professō
oppugnari) Sed respondi iam ante, & iterum respon-
deo (id est Eutychen ab inferis reuocans dixi & di-
co) istud nullo firmo & rectè intellecto sacra Scriptura
testimonio dici: & has pueriles cogitationes (audis i-
stud Germania, & ferre potes?) de rebus caelestibus
in patribus ferendas, in Cinglianis defestandas esse. (&

hoc non est membra illius esse? (Qua verò cōsciētia, si istud sentire quod cū illis sentimus est Christi siue diuinitatē siue Humanitatem, ut declamitatis, exinanire, hanc impietatem potestis in quo- quam tolerare?) Propterea quòd illi simpliciter sequuntis sunt communem errorem (expungite igitur vnico à temporibus Apostolorum vero Theologo Ioan. Brentio auctore, quicunque Augustinæ confessioni subscriptis, quod ibi de Ephesinæ & Chalcedonensis synodorum vniuersalium iudicio & approbatione dicitur) sine aliorum contumelia & ve- ritatis oppugnatione (veritas igitur fuit quod in te- terrimis illis hereticorum monstris, patres illi op- pugnarunt, & veritas nunc fuerit quod ex illis her- eticis dānatissimis repetitum Ecclesiæ nunc re- ponis) Cingiani vero hunc errorem (id est, vt loquitur ille Eutychianismi undecimo ab hinc seculo ex professo doctissimus & sanctissimus expugnator Vigilius episcopus simul & Martyr, s.dem & con- fessionem catholicam, quam Apostoli tradiderūt, Martyres roboruérunt, & fideles nunc vsque cu- stodiunt, cuius proinde fidei defensores non Cin- gliani sed Christiani sunt) factuētur, ut veritatem oppugnent. Hanc igitur eti planè in Ecclesia Dei intolerabilem, tam cīngenuam Brentij professio- nem, si tu quoque amplectereris, Holdere, yhōes videlicet illius discipulus, quo pudore nobis in hoc argumento patres obtrudis? & quorsum ego tecum de horum testimoniorum pondere, verāve explicatione amplius contendero?

Quatuor autem illa quæ nobis hīc obiicis cu- iusmodi tandem sunt? Negas nostantum saltem ho-
noris

noris Christi verbis tribuere, ut credamus in prima illa Cœnas quo tempore neque ascensus in celum, neque alter aduentus e celis impedire realem corporis Christi præsentiam poterat.) Christum corpus suum discipulis distribuisse. Respondeo nos id semper testatos & testari, non aliter esse Christum nunc sacramentaliter præsentem in his mysteriis quam tunc fuerit quum ea institueret: & quanuis non isdem omnibus, tamen uno eodemque fundamento nitentibus argumentis (Christi videlicet corporis veritate) vestram illam realem & essentialē corporis In, Sub, vel Cum pane præsentia, & oralem inde manantem perceptionem, ut prorsus analogia fidei repugnantes repudiate: nec tamen propterea veram sacramentalem coniunctionem, & efficacissimam per fidem veri corporis Christi communicationem spiritualem negasse vel negare. Etsi enim tum Christus secundum carnem proxime illis symbolis que manu tenebat, adhuc erbat, qui nunc quam longissime ab illis absit: sese tamen tunc non alia ratione quam nunc aut ipsis symbolis adiunxit, aut symbolorum præbitione suos Apostolos corporis sui membra effecit.

Quæ vero postea ex Luthero & Brentio inculcas, argumentum ab ascensione Christi in celos sumptum, ea ratione eludentibus, quod Christus Cœnam ante suum ascensum instituerit, vix absque illorum aliquo dedecore proferri abs te potuerunt. Quis enim illos non miretur præsentiam realem corporis Christi ex sessione ad dexteram patris, id est ipsius glorificatione ascensionem (ut ubique scriputra, & ipsa Christianæ fidei articulorum series

ostendit) consequuta, confirmatam velle, qui tam
men absentiam eius ex ascensione idcirco probari
nolint, quod eam antecesserit Cœnæ institutio?
Nam quod vos omnium hominum primi ausi estis
sessionem ad dexteram patris ad hypostaticam u-
nionem, id est ad incarnationis articulum referre,
partim ita est absurdè excogitatum, ut ne refuta-
tione quidem indigeat, quum eodem tempore glo-
riosa simul & tam abiecta Christi humanitas esse
re ipsa non potuerit, ut & ab Apostolo Maledictū
dicatur, & vermi non homini apud Dauidem con-
feratur: partim vero vos ipsos apertissimè redar-
guit. Quorsum enim, obsecro, nos ad institutionis
verba reuocatis? quorsum ~~ad p̄ntor~~ vrgetis? quorsum
illud Christi testamentum à vobis retineri, à nobis
irritum fieri contenditis, si ab ipso incarnationis
momēto Christus iam ubique erat, ac proinde iam
in illo pane ante Cœnæ institutionem realiter &
substantialiter inerat? Et rursum, si verū est dogma
istud vestrum, quod erit inter panem Sacramentū,
& panem vulgarem discrimen? Excipitis in eo esse
discrimen quod in solo pane sacramento insit ut
in eo distribuatur. Sed quid hoc ad rem? Nec enim
nūc quaeritur an in illo pane præbeatur & recipia-
tur, sed an in ipso pane realiter & essentialiter in-
sit: &, si in eo sic inest, siātne istud tunc primum ex
ipsa Cœnæ institutione his verbis testata, Hoc est
corpus meum: an vero iam antea virtute hyposta-
ticæ unionis, huic pani, ut & aliis quibusuis pani-
bus, quanuis in diuersum finem, insit. Sed & illud
tibi demonstrandum erit, Holdere, si Christi cor-
pus propter hypostaticam uunionem est in quo quis
panc,

pane, imò in re qualibet (quandoquidem censet Lutherus separari naturas nisi ubiquecumque est Deitas (est autem ubique) ibi etiam realiter adsit unita humanitas) quinam inde non consequatur, quoties quicquam à quoquam accipitur, corpus quoque simul accipi? Nā si recedere à ceteris rebus Christi corpus dicatis, ut ibi non sit quum accipiuntur, vestra rursus perierit ubiquitas. **C**ur non hic igitur meliore iure in te retorsero quæ in nos coniicis?

Affentimur, inquis, Christum spiritualiter etiam posse per fidem nobiscum coniungi, sed negamus cum Cyrillo, nullam præterea nobis cum illo communionem esse per carnem. Itaque Beza aerem verberat, & cum larvis luctatur. Facetur verò Beza se cum larvis quidē luctari, vestram ubiquitatem oppugnando, in hoc autem de quo hic agitis, ait sese cum sophistis luctari. Satis enim supérque vobis liquet, ista aduerbia Spiritualiter, ac Corporaliter à nobis quidem ad participationis modum, à vobis autem ad res ipsas quæ communicantur referri. Itaque hīc etiā à vobis magis quam optauerimus, non à Cyrillo, dissidemus, quicum agnoscimus Spiritus Christi (id est ipsius Christi virtutis saluificæ & nos regenerantis) non posse nos fieri participes, nisi carnis ipsius nobis verè communicatae interuentu: sed spiritualem esse huius communicationis modum, & fidei instrumento in nobis peragi dicimus. Vos autem & spiritum hunc Christi in simplicis verbi prædicatione à carnis ipsius communicatione, id est fructus à fundo, & alimento à cibo sciungitis: & contrà, dum in Sacramētorum ysu carnem tum

ab indignis, tum à dignis corporali modo præsentem, corporeo quoque organo sumi contenditis, cibi substantiam à succo in indignis separatis, & spiritualia, intolerabili errore, corporaliter inteligitis.

In disputatione quoque de impiorum manducatione, vide, si potes, Holdere, quantam ipse tibi non nobis maculam inuras. *Aīs, dignos ipsos à Beza excludi à corporis & sanguinis Domini participatione.* Assumis enim illud ipsum de quo quæritur, quod maximū est in disputationibus vitium: nempe eos demum corpus & sanguinem Domini participare, qui ore in sacramento realiter & essentia-liter illa comedant & bibant. Nos autē hunc participandę carnis Christi modum Cyclopicum esse, non Christianum, dicimus, quem ut veritati corporis Christi, fidei articulis repugnantem, & à nostræ religionis scopo penitus alienum orthodoxa semper Ecclesia explosit: minimè verò propterea veram illam spiritualem ac mysticam per fidem omnium c̄redentium cum Christo ipso coalitionē sumus. vñquam inficiati.

Sed hīc demum audiamus ex te, Holdere, solidum quidpiam. Iubes me hunc nodum expedire. Si omnino res significata cum signis sacramentalibus V E R E coniuncte sunt, quomodo qui signa accipiāt, simul rem verè coniunctam non accipiāt. At ego minor, Holdere, quinam vir tanto acumine pr̄dictus, in hoc expediendo nodo hæreas. Nam in ipsis etiā rebus corporeis humano modo coniunctissimis, quid obstat quominus is cui simul duo præbētur, vnum tamen duntaxat altero repudiato accipiāt, nec

nec tamen propterea qui dūo præbebat, vnum tantum dicatur vere præbuissit? Sed h̄ic alia sese offert ratio longe opportunior, quam te prius animaduertere oportuit, quām de rebus tibi incomptis disceptares. Nos enim duas quidem res quibusuis à Deo tum in verbo simplici, tum in verbo sacramentis additis veluti vestito, à Deo præberi dicimus, ut qui nunquam sit fallax: nempe Christum, Euangelii materiam, tum verbo simplici, tum sacramentis additis, ita quibuscumque hominibus significato, ut simul quidem semper & cum verbo & cum symbolis offeratur, sed ita ut sicut hæc sunt duo (nempe verbum aut symbolū & Christus ipse) ita ad hæc duo simul recipienda, duobus semper sit opus instrumentis. Nā Corporis quidē instrumento (auribus puta ad audiendū verbum, manu & ore ad symbola recipienda) fide verò ad ipsum excipiendum Christum opus esse dicimus, quum verbum quidē auribus, symbola verò manibus & ori, ipse denique Christus menti & fidei præbeatur. Itaque verbum quidem & symbola tum à dignis, tum ab indignis, Christum autem ipsum à solis fidibus sumi merito affirmamus. Quid igitur mirum est, Holdere, et si Christus & sacramenta Christi, sint semper quod ad Deum attinet, coniunctissima, simū que ut diuersis tamen instrumentis percipiēda, præbeantur, vtraque ab iis solis sumi qui vtrunque afferant instrumentum? Imò quinam aliter fieri posset?

Sed audiamus rursum acutissimi Theologi dilemma. Si quis impius & incredulus, inquis, corpes & sanguinem Domini non accipit in Cœna Domini, hoc

accidit, vel prabentis culpa vel accipientis. Concedo, & vna accipientis culpa non accipi dico, vt qui fieri dei instrumentum non afferat, quo uno Christus applicari nobis potest. Atqui dicit Beza, inquis, veritatem sacramentorum à fide accipientium non pendere. Imò dicit Beza te, Holdere, rursum calumniam & sophistam agere, quod antea Pappo responderat. Nam hæc Bezae verba sunt, eo quem citas libro nempe pag. 128. Obiciunt Propista à quibus hoc telū arripis, doceri à nobis quod à fide pendeat sacramentorum veritas, id est fidem effice ut res adsit Sacramentaliter, quum hoc ab una Cœnam instituentis Christi auctoritate pendeat: siue fidem sua virtute apprehendere quod ipsi Sacramentaliter prabetur, quum fides ea in re sit potius traditrix instrumentum quam recipientis, Christo videlicet sese communicante, fide vero qua ipsa Dei donum est, eum recipiente. Obiciunt igitur doceri à nobis quod à fide pendeat sacramentorum veritas, quasi credentibus adsit (Sacramentaliter vide licet) incredulis autem non item, quod falsissimè nobis impingitur. Fatemur enim sacramenta tum dignis tum indignis verè praberi: ac proinde siue dignè siue indignè ad ea accedatur, tam signum quam res significatas quibusvis accendentibus praberi. Sed sicut cæcis Sol etiam lucem præbens non lucet, idque cæcorum vitio, ut recte dicere liceat Solem non alijs quam cædibus lucere, & oculorum aciem efficere, non ut Sol luceat, sed ut intuenti luceat: ita dicimus, fidè efficere, siue fide interueniente fieri, ut res symbolis significatae credentibus adsint, incredulis absint. Viden' igitur, Holdere, te ex aranceorum filis, non tam Bezae quam veritati retia teneisse?

De Falsis.

Dicit alicubi Beza, inquis, *Corpus Domini esse præsens in Cœna, alicubi vero panem & vinum esse tantum visibilia corporis & sanguinis Christi in se & re ipsa absentium signa.* Ergo alterutru falsum. Indò neutrū. Aliud enim est aliquid præsens esse, In, Sub, vel Cum sacris symbolis realiter, & sui ipsius essentia, quod negamus: quām præsens esse In Cœna, spiritualiter nostræ menti & fidei. Cœna enim Domini est actio, non illud ipsum quod in actione adhibetur: & partim corporalis est, partim mentis & fidei actio: teste etiā Chrysostomo, iubente nos ut aquilas ad corpus respicere, neque hærere in pane in terris sito, sed à pane in cælum ubi corpus est, alis fidei subiectos euolare: quōd etiam spectat illa solennis acclamatio, SV R S V M C O R D A. Num igitur quia tu malè distinguis, Holdere, ego malè colligo? Sed & in eo falsarius deprehenderis quod ex libelli mei pag. 111. profers. Nec enim ibi scripsi, panem & vinum esse tantum visibilia signa corporis & sanguinis, sed scripsi esse àrturæ non tantum mortis, sed etiam ipsius corporis Christi.

Falsum est, inquis, quum de persona Christi redemptoris nostri loquimur, quod sola diuinitas intelligatur: Beza vero dicit Christū personam vocari ratione Deitatis tantum, & Solius Deitatis respectu propriè. Agnoscit hoc utrumque Beza, sed illud negat ex isto consequi. Si hoc non intelligis expende quæ ex Damasco illic citaui. In summa vero tibi respondeo illud ipsum quod Pappo: non negari de toto

quod de singulis partibus non dicitur. Sic in hypo statica vniione hominis, non negat hominem dici animæ simul & corporis respectu, qui tamen hominem illum esse negat, vel animæ vel corporis scorsim habita ratione. Itaque etiam si (quod absit) neque deitatis, neque humanitatis scorsim consideratarum respectu Christum personam statuerem, non tamen inficiarer utriusque coniunctæ respectu personâ dici. Sed adieci, quod omnem tibi calumniandi ansam præcidere debuit: nempe Christum etiam naturę vnius, nempe Deitatis distinctè consideratæ respectu propriè dici personam, id est quod Christus ex natura utraque cōstans, persona est & dicitur, acceptum referri propriè vni Deitati, utpote quæ vnicæ per se subsistat: nec tam propter ea excludi à personæ appellatione Humanitatem, sed ita comprehendendi in personæ vocabulo, ut hoc in sese non habere propriè Humanitas intelligatur, sicut habet Deitas, quoniam non per se sed in Deitate assumente subsistat. Nō dixi, inquit, Humanitati in se consideratæ conuenire personæ appellationem impropiè seu propriè: vel personæ nomine hypostasin Filij ab assumpta Humanitate sciuntam intellegi: sed dixi & dico, omnem personalitatis (ut italoquar) rationem, propriè à sola Deitate peti, & illi vni propriè competere: quod ne vos quidem negaturos opinor, quanvis in Deitate ex Brētij dogmate in carnem realiter effusa, nullo modo possit hæc veritas inueniri.

Præterea, inquis, Beza alicubi faciūr corpus Christi adesse sacramentaliter, at non realiter: alicubi vero nempe pag. 62. in Pappum, assentitur. A C R A M E N-

T A L I-

TALITER & REALITER non esse opposita. Ergo in alterutro falso dicit. Imò utrumque verū est, & inter se consentiēs, si homonymiam distinguas. Nam si REALITER id adesse significetur, quod minimè vanum est & imaginarium, item si accipiat pro R E ipsa, id est pro ipsamē Christi carne, ne meritorum duntaxat communicatio in Cœna statuatur, ista duo necessariò cohærent, quum vere semper præbeatur quod symbolis significatur. Sin vero ut vos facere consuevistis, REALITER accipiatis pro reipsa, & sua essentia, nec tantum fide præsens in terris corpus adesse In, Sub, vel Cum symbolis: tum sanè hæc sunt è diametro opposita. Et ne queri possis hoc à me exprimi debuisse, dico à me fuisse liquidò expressum & te rursus falsarium hic deprehendi. Nam eo ipso quem citas loco, post hæc verba quæ citas: *Quod autem SACRAMENTALITER non vis tñ VERE & REALITER opponi, in eo tibi assentimur, hæc adieci, quæ tu astute præteris, modo realitatem nullam ponas quæ circumscriptam proprietatem tollat, neque duas oppositas qualitates eidem substantie, Circumscriptionem videlicet & Incircumscriptionem tribuat: quæ repugnantiæ certè non tollitur, etiam si circumscriptionem tribuas natura, Incircumscriptionem gratia. Et hoc est scilicet bona fide agere.*

Falso etiam dicit Boza, inquis, nos à Papistis tela arripere, quum ipsemē argumentum 25, & alia sit à Papistis mutuata, & Theses Ingolstadianas Geneva imprimendas curarit. Imò longe aliud est Papistarū calumnias & commentitias scripturæ sacrae, & patrum explicationes nobis reponere (quod à vobis

fieri dixi & dico) quām ea quāe non ipsi commenti sunt, sed ex puro Dei verbo & rectē sentientibus patribus sumperunt obseruare, ut in hoc Vbi quietatis argumento ab illis factum fuit, argumentis aduersus Eutychianos, Monophysitas, & Monothelitas ex scriptis patrum & Dei verbo repetitis. Neque verò nego mihi sic placuisse Theses illas aduersus Iacobi Andreæ blasphemias Ingolstadij scriptas, ut hīc etiam quominus ederentur nō obstatiterim. Nec enim sunt Papisticæ, sed verè piæ, ex Dei verbo & orthodoxis patribus summo iudicio conscriptæ: imò Papisticam transubstantiationē, vt & vestram Consustantiationem, solidis argumentis expugnant. Ideò alterā illā thesē in partem Papisticam, & priori disputationi prorsus repugnantem, nequaquam excudendam putauimus.

Scripsi, fateor, nulla fronte à nobis peti ut Augustana confessioni nullis conditionibus subscribamus, quia vix ullum super sit eius caput de cuius explicatione inter nos conueniat. Tu verò quæris, cur vestræ illi concordiæ non subscribamus, & communī cōsentī su pontificios hostes non oppugnemus. Respondeo, quoniam errores erroribus cumulare, conseruos tyrannicè verberare, ipsum Romanum Antichristum in damnandis non auditis superare, arcano paucolorum à superiorib⁹ conciliabulo coacto conscientiis fidem prescribere, non est inter dissidentes sanctam & Christianam pacem cōstituere.

Falsum etiam esse vis quod scripsi i. Corint. 10. Dici veteres eandem atque nos escam comedisse, & eundem potum bibisse, nisi, inquis, istis licet quilibet rāquam ex tripode dicta pronuntiare. Imò verò, Holdere,

dere, quo pudore hanc interpretationem quasi à nobis excogitata dicis Ecclesiæ obtrudi? Nec enim ignorare potes quid Pappo saltem ipsi responderim, nempe habere nos grauissimum auctorem huius explicationis Augustinum in Ioan. tract. 45. & in lib. de Pœnitentiæ vtilitate, quibus locis nūc addas licebit eundem August. tractatu in Ioh. 26. & in Psal. 77. Cyrillum lib. in Ioan 4. ca. 10. & lib. de recta fide ad Theodos. & alios quoque à scholiaste Græco commemoratos. Et certè si patres Paulus nō nobiscum sed inter se cōpararet, quid attinebat dicere illos in mari & nube baptizatos, & Christum nominare? Sed, inquis, quomodo conueniret quod additur, quum Apostolus o m n e s illos in duas cohortes diuidit, quorum alios prostrauerit, alios approbauerit Dominus? Optimè profectò. Nam vt sacramenta vetera cum nouis, ita vetus populus cum novo cōfertur, & quidem vterque bipertitus, vt appareat & ex eorum qui Sacramētis abusi sunt, & ex eorum qui recte iis sunt vñi comparatione cum Corinthiis, quos sicut ab illorum imitatione deterret, sic ad istos imitādos Apostolus hortatur. Itaque, nisi aliud oraculum nobis ex vestro tripode proferatis, vix ac ne vix quidem nos ex nostra sententia, tantorum virorum testimonio, tāmque firmis argumentis confirmata, depuleris.

Cæterū quando cœperit apud vos de ista Vbiuitate disceptari, & quo progressu incaluerit ista disputatio vobis inquirendum vltro relinquo. Illud quidem constat, Lutherum, et si pedetentim admodum in cognitione veritatis profecit, nihilominus in iis afferendis quæ merito postea emen-

davit, non minus fuisse securum & vehementem, quām in iis quæ meritò semel cognita retinuit, quòd ita soleat acribus præsertim ingenii euenire, vt naturæ impetus non possint, ita vt par erat moderari. Sed & illud inficiari nō potestis, aspersum potiùs initio aliquid de ista hypostaticæ vniōnis interpretatione, in ista cōtrouersia fuisse, quām copiosè explicatum, disceptatibus potius utrisque de verborum Institutionis sensu, donec Brentius hanc Camarinam ab ipso usque fundo commoueret.¹ Et audiui ego his meis auribus Vormaciæ D. Philippum, audiente & silente Brentio, satis falsè istud Ubiquitatis dogma perstringentem. Quod utinam de hoc potiùs semel restinguendo incēdio quām de illius sparsi tempore eitra villa præjudicia, sinceraque conscientia, ex Dei verbo, & purioris Ecclesiæ consensu quereretur.

Dixi ego, fateor, loco legitime Synodi rem apud vos vigeri, quod quum tu de vi armata interpretaris, & bella ciuita Gallica & Belgica, tum generaliter omnibus nobis, tum non in Caluini aut cuiusquam alterius ne Angeli quidem, sed in unius Dei verbū iuratis, ac etiam mihi priuatim tāquam instigatori exprobras, rursum qua conscientia mecum agas ostēdis. Legitimam enim Synodus quam semper postulauimus, & quam à Papistis vos quidem ipsi tot ante annis efflagitatis, nos verò à vobis obtinere ne nunc quidem possumus, quum isti vestræ vi oppono, satis perspicue ostendi, non aliud à me vim dici, quām *Anspicq̄ illa cōsideratōv paucolorum conciliabula*, quibus egregiam illam farraginem, utinam sub Concordiæ nomine, non horrendi incendij

cendij flamas tota Germania spargentem, acceptam ferimus. Sed & quibus artibus, & qua vi subscriptiones à plerisque extorseritis, & quorum autoritate ad pios tam multos vexandos abuti, ne nunc quidem desinatis, fallimini, si orbi terrarum ignotum esse creditis, aut vestram, vestram inquā, istam, non autem piorum alioqui & Ecclesiarum paci studiū principum, maculam sola inficiatione elui posse existimatis. Bella verò tū Gallicā tum Belgica sint ne à nostris excitata, aut suasore me suscepta, si non ex tot scriptis verissimis ac instissimis defensionibus, at certè ex Illustrissimorum quoque Germaniæ non paucorum principū inspectis archiuis cognoscere potestis, quorum & iudicio & pietate, hæc vestra calumnia satis supérque refutatur. Sed ne de illis quidem refellendis quæ mihi de blasphemī & Mahometani Syluani supplicio cuius suasor fuerim, & de Satanæ excremento (dissimulatis iis quæ hac de re toties antea verè respondi) mihi apud bonos & pios laborandum opinor. Vos autem, vestri que similes, ne tantillum quidem moror.

Sed quod subiicis à me scribi, non aliter proprietates diuinæ Humanitati, quam Humanitatis Divinitati tribui, operæ pretiū est ab omnibus intelligi, quam calumniosè à vobis perueratur: quū quod ego de sola gratia unioñis dixi, tu ad dona effusa transfers. Mea autem hæc verba sunt, à te rursus detruncata, pag. libelli aduersus Pappum 57. *Quod eis, Pappe, aliter communicari Deitatis proprietates Humanitati, quam humanitatis Deitati, verum esse non potest si ad gratiā unionis referas. Est enim eadem*

prosperitate unionis hypostatica Verbum homo, qua homo Verbum: & quia ratione Filius Dei dicitur crucifixus, filius etiam hominis erat, in celo quam esset in terris, nempe $\chi\tau\alpha\lambda\omega\sigma$, non in se, quanvis dignior sit assumens natura quam assumpta. Hinc vero illud sequitur cuius ignoratio vos fecellit, & in hac precipita Lutherū & Brentium impulit, non vicius videlicet idem a nobis, siue quātū ad diuersos, siue arthriticos, siue $\omega\chi\lambda\phi\eta\mu\tau\alpha\chi\tau\alpha\lambda\omega\sigma$ tūdēratos, de tota quidem persona $\delta\lambda\omega\sigma$ non $\chi\tau\alpha\lambda\omega\sigma$ ipsa considerata, & tamen ab alterutra naturarum in concreto denominata, vere & realiter dici, ne personam cum Nestorio separemus. Et tamen ei natura à qua in concreto persona denominetur non reipsa, sed verbo tantum conuenire, ne naturas cum Eutychete confundamus. Deinde subiicio, quæ tu quoq; astutè præteriisti: Sin vero ad unionis effectu istud referas, concedimus tibi nō fuisse Deitatem ab humanitate affectam, sed humanitatem ab unito sibi verbo inenarrabiliter supra res cæteras creatas eue. Etiam. Hæc igitur quum expressè distinxerim, quo pudore quæso, istam distinctionem præteriistis, vt istud rectè & verè dictum torqueretis, qui tamē, et si imparē, eandē tamen in genere communicacionem Deitatis in Christo & Petro statuitis?

Illam autem $\omega\chi\lambda\phi\eta\mu\tau\alpha\chi\tau\alpha\lambda\omega\sigma$ secundum unionem esse reciprocam, & eadem peritus ratione secundum illam humanam de Deo, & diuinam de Homine in concreto dici, tum res ipsa demonstrat (quoniam aliqui Deus & Homo essent duas personæ) tum Damascen⁹ cum tota vetustate plurimis passim locis, ac præsertim expressè loco antea citato, nempe lib. 3. cap. 3. declarat. Sed & alia quoque est $\omega\chi\lambda\phi\eta\mu\tau\alpha\chi\tau\alpha\lambda\omega\sigma$ ad abstracta pertinens, qua sit ut Deitatis quidem, nō ipsa

ipsa idiomata essentialia (quæ verè ἀκοινώντα semper sunt) sed creata dona ut effecta illorum essentialia lium, re ipsa in Humanitatē, ut in subiectum qualitates effundantur, Humanitatis verò in Deitatis nequaquam. Quis enim Deitati quidpiam adiecerit, aut detraxerit? quas multū diuersas ~~species~~ species non distinguēs Kemnitius, hoc ipsum quod stabilire voluit, evertit, dum insitam realiter naturam naturæ esse vult, quæ sit distinctis manentibus naturis earumque proprietatibus personaliter duntaxat unita.

*Negat, inquis, Beza, Deum omnibus rebus creatis adesse essentialiter, & sustentare res omnes essentialiter, vel etiā substantialiter. Vbi verò negat? pag. inquis, in Pappum 23. Inspiciatur ergo & illa pagina tota, & quatuor præcedentes: & competetur Holderum omnem pudorem in Beza tantæ impietatis accusando exuisse. Non, inquam, negauit Holdere, Dei essentialiam ubique adesse, quam è contrario contra vos tueor unicā & solam ubique esse. Num enim me inter Anthropomorphitas recensebis, quibus ubiq; clamitat iniuriā factam Lutherus, quod nunquam tale delirium cuiquam in mētem venisse sibi persuadeat? Sed hoc ego passim clamitauī & clamito, intolerabilem esse Iacobi Andreæ impietatem quam ex Brentio acceptam amplificauit, quod videlicet scribat Christum non aliter esse in Christo quam in omnib^o rebus creatis, quod est merè Samosatenianum & Nestorianum. Neq; verò negat Beza, imò disertè fatetur Deum adesse rebus omnibus, quum illum aliter esse dicit in assumpta illa carne (*ouμανῆς* videlicet) quam in re-*

liquis rebus, quia nimicū sic istis adest, vt tamen illis sese nō vniat, & in ipsis aliquid dūtaxat, & quidem impariter efficiat, quē *παρονόμη* dicitur *ὑπερηφάνης*: assumptæ verò vni illi humanitati semetipam Filii hypostasis vniuit, quæ præsentia vni huic assumptionis carni propria, propterea hypostatica vno vocatur, & perperam ex *ἐντυπεῖσθαι* modo definitur, quum species non ex altera specie, sed genere cōmuni definiriatur. Itaque magis etiam abominor illam inauditam in Ecclesia Dei enuntiationem, *Deum rebus omnibus subsistentialiter adesse.* Nam aliud est aliquid vi sua in ipsis, vt in Scholis loquuntur, *essere* conseruare, aut etiam rei non existenti dare vt sit, quām hypostaticè adesse, id est, ita vt in vnam hypostasin cum re quapiam vniatur, quod fuit Manichæorū delirium à Serueto nostra memoria renovatum. Itaque et si locum illum alterum, quem ex Iacobo Andrea citavi, in quo videbatur personalem vunionem facere Christo cum sanctis omnibus cōmunem tibi largiar male fuisse à me intellectum, tamen sic ille non absoluitur, quum hypostaticè sustentare, & personaliter sese vniire, vnum & idem apud sacros omnes scriptores declarant: & vt antea ex Brentio citavi, sic Petrum Dei essentia præsentia & potentia, vt Christum ipsum impleri disertè doceatis.

Sed & illa fasitas quanta est, quod Deum negē essentia sua cælum & terram implere, quoniam sic illum vbiique esse dico, vt tamen V E L V T sedem iphus in cælis ex eis fissimis terra collocetur? Quomodo enim hæc non essent *anūcūta* si sic acciperentur vt tu vis? & cur adderem particulam V E L V T?

cur

cur etiam exprimerem istius rei causam, nempe quoniam cælorum structura & splendor peculiari quodam modo Dei gloriam annuntiant? Cælos autem illos Brentianos vbiique sitos mirum est, Holdere, si probare isto testimonio te posse putas, quo dicitur Deus cælum & terrā implere. Etenim si vbiq; sunt, quinā illos à terra separaris? & si cæli quoque vbiique sunt, certè non tantūm Deitas per se, & Humanitas per gratiam, sed etiam cæli vbiq; erunt. Num etiam, quæso, hypostaticè vnit, quandoquidem istam Vbiuitatē ab hypostatica vniōne, vt effectum à causa suspendis? Et hīc quidem tute habes Holdere, in quo tuum istud acumen exerceas.

Sed audiamus mirificum istius acuminis argumentum. Negaui, eidem naturæ posse oppositas essentiales, aut τῆ φύσει necessariò παρεπομόνας proprietates simul tribui. Res enim unaquæque suis proprietatibus ἀκαραντίοις dignoscitur, quibus mutatis, ipsas quoq; res mutari necesse est, nisi dispara-ta velis vnum & idem esse. Quid autē Holderus? *Omnipotentem esse, inquit, est essentialis proprietas Dei, & tamen Omnis potestas data est Homini Christo.* Imò ipsamer quoque essentialis Deitas vnta est huic assumtæ Humanitati: & sic datum est huic homini vt sit Deus. Num verò in sese? Hoc quidem dixerit siue Eutyches, siue Brentius, vt qui scribat disertis verbis pag. apologiæ modò citatæ 25. *Divinitatem hominis Christi non esse illam κατάσθιη, sed communicatum à secunda hypostasi, quasi vno hypostatica sit naturæ diuinæ in humanum realis effusio.* Sed Orthodoxi Christiani fortiter id vt

manifestam blasphemiam execrabuntur. Sit ergo sanè, ut est, hic vñus Homo Omnipotens, at quatenus Deus, non quatenus homo: siue non secundum Humanitatem, sed secundum Deitatem $\tau\nu\lambda\circ\mu\nu$ esse tialem, cui sic vñta est vt idem sit & vñus Deus & Homo. Quod attinet autem ad hanc Omné potestatem, quæ huic etiam ipsi Humanitati in se se tribuitur, ea & $\mu\nu\alpha\nu\mu\nu$ & $\tau\nu\pi\nu\mu\nu$ sic vocatur. O $\mu\nu\alpha\nu\mu\nu$ quidem, quatenus in Deo quidē est essentialis, imò ipsamet Deitas, in hoc homine verò est qualitas creata & donata. $\tau\nu\pi\nu\mu\nu$ autem Latinè dicitur Omnipotentia. Nam à Græcis ipso etiam nomine distinguitur $\mu\nu\alpha\nu\mu\nu$ & $\tau\nu\pi\nu\mu\nu$, quorum illa quidem significat potentiam efficiendi, quæ in Deo est essentialis & infinita, in rebus autē creatis est qualitas, cāque vel naturæ legibus, vel extraordinariæ diuinæ liberalitatis finibus circūscripta: hæc verò declarat potestatem in rerum creatarum gubernatione, quæ Christi humanitati concessa est supra res omnes creatas, sic tamen vt Deitati ne quidem exæquetur, quāuis id arbitren tur Vbiquitarii. Est enim Christus secundum Humanitatem, scipso secundum Deitatem minor. Quorsum autem istud, vt contraria essentialia idiomata eidem subiecto inesse dicantur, quum ne accidentibus quidem omnibus citra distinctionē id conueniat?

Quid plura? Holderus etiam se se alio argumēto acutissimum Theologum, Bezan autem metaphoricum & Capernaiticum esse probat: acutē scilicet, quum Capernaitas ne ipse quidem inficiari possit Christi sententiam non metaphoricē, sed $\chi\mu\tau\mu$

et p̄t̄rō intellexisse. Pr̄sentiam corporis (inquit) & sanguinis Domini in Coena dicit Beza se nō inficiari. Dicit profectō: idōque Holderum in manifesta falsitate deprehendi quin à Beza signa sacra exinaniri vociferatur. At ea pr̄sentia (inquit) est aut visibilis aut inuisibilis. Concedo siue ad tēm ipsam, siue ad pr̄sentia modum hoc referas. Arqui inuisibilem esse non dicit Beza. Dicet etiam, opinor, Holderus, nisi forte videt id quod non est, quanvis hæc cōtra se verba ex Chrysostomo citat, ipsum vides, ipsum tangis. Ergo inuisibilem pr̄sentiam agnoscit Beza, aut si hanc etiam negat, omnem pr̄sentiam negat. Nihil enim est tertium. Itaque iam Beza Cretensis fallax, nec Galli s modo, sed honestatis & verecundia fines transilisse suo ipsius iestimonio comp̄rietur, ut qui dicat, inuisibilis & visibiles pr̄sentia carnis Christi discrimen fuisse omnibus sculis in Ecclesia Dei inaudiuim, & tamen aut inuisibilem pr̄sentiam fareatur, aut omnem pr̄sentiam negat. Imò vērō, Holdere, ne sic quidem mendax deprehendor: nec me crucis Christi, id est, voluntariæ extra cœcam adhuc Galli: propter veritatem secessionis pudet, quam quoties tu mili exprobrabis, toties non honestatis & verecundia tantum, sed Christianitatis ipsius oblitus fuisse comp̄ieristi. Ut autem de re ipsa respondeam, non ego simpliciter negauis istud visibilis & inuisibilis pr̄sentia carnis Christi discrimen, sed eo demum sensu, quo à vobis Confubstantiatoribus, & à Pontificiis Trāsubstantiatoribus usurpatur. Nam Pontificii quidem ut ipsum esse Christi Corpus tum in cœlis tum in terris re ipsa eodem intento in illis

suis infinitorum & incātatorum panum speciebus adesse statuant, vos autem ut illud ipsum itidem eodem momento sua quoque essentia vbiique p̄sens adesse confirmatis, vel tum visibile, tum inuisibile simul, vel inuisibile semper illud esse ponatis necesse est: quod commentum veritati corporis Christi ex diametro repugnans illi quidem sacramentalibus verbis, vos autem illi vestræ omnimaie staticæ chimæræ attribuitis. At nos veritatem, ac proinde circūscriptionem & visibilitatem perpetuam corporis Christi ex sacris Literis, & rotius Ecclesiæ orthodoxæ perpetuo consensu asserentes, ipsum in se Christi corpus sua essentia nunc nusquam esse nisi in cælis, in quos verè terras deserent transcedit: & suis illis quantumuis glorificatis, veris tamen ac visibiliibus partibus organicis constare: ac proinde non nisi visibile & nunc à nostris corporibus verè abesse affirmamus: & hactenus vestrum illud Quanti & Non quanti, Visibilis & Invisibilis præsentia discrimen, vt impium repudiamus. Nec tamen propterea mentis & fidei oculis tum in verbo simplici tum in sacramentis, spiritualiter Christum totum, & Christi totum contemplantibus, inuisibiliter illud adesse, & credentibus verè communicari diffitemur, imd corde & ore confitemur, expectantes diem illum, quo corporis etiam oculis illo essentialiter præsente perfruemur.

De calumnijs.

Dicis præterea, Holdere, in eo calumniatorem esse Bezam quòd scribat *ex reali consubstantiatione*



Et tu p̄t̄ seruato , consequi corpori ipsum Christi antequam comedatur , vel paulo post euangelio , vel in ventre simul trahi . Dicat enim Beza , inquis , si vir bonus est , quis unquam nostrum ita senserit . scripsit , docuerit . Vos omnes certe , ait rursum bona fide Beza , vos inquam illud ipsum sentitis , scribitis , doceatis , quotquot ore ipsum Christi corpus reale & essentiale comedti sentitis , scribitis , docetis : & qui in nos qui sola fide spiritualiter presentia illa recipi docemus , & voces Accipiendi , Comedendi , Bibendi , de ipsis quidem signis propria , de corpore autē & sanguine Christi , translatitia significatione accipienda ex regula toties à veteribus patribus inculcata , sentimus , nil præter dicas & anathemata crepatis . Nam , obsecro , mi homo , in quamcunque te partem conuertas , si accipienda sunt hæc verba sicut sonant , quid est Comedere , nisi dentibus cōminutum in vetriculum trahi ? quid est Bibere nisi ore haustum cōdem transmittere ? Etsi iam ante in ore & ventriculo hæc erant , ut ex vestra reali Vbiuitate collendum est , quinam eo immitti realiter dicentur , vbi iam existebant ? Sed & hæci ipsa Lutheri verba protuli . Vtinam tam Christianè egissent omnes papæ , ut Pontifex ille cum Berengario egit . Quid autem ille Papa ? Credimus (inquit) verum corpori & sanguinem Christi non solum sacramento , sed in veritate manibus sacerdotum tractari , frangi , fidelium dentibus . A T T E R T . Quid tu vero contra Holdere ? ne p̄p̄ quidem . Quid enim responderes , qui neque Lutheri hyperbolas agnoscere , neque veritatem fateri sustines ? Ait tamen Lutherum in eo loco nō V E R E & P R O P R I E sicut scripsi , sed R E C T E &

BENE, scripsisse & addidisse, PROPTER SACRAMENTALEM VNIIONEM. Ego coniunctionem dici malim. Sed quid ista te iuvant? Nam probat disserente Lutherus illius Papæ decisionē: & glossam iuris Canonici reprehendit nominatim, quæ ut Papam excuset, verba illa negat propriè esse accipienda. Deinde quid est aliud ACCIPERE VERBA SICVT SONANT, quām illa propriè intelligere? Ista verò Sacramentalis vniō nihil Lutherum subleuat, quā à vobis realis & essentialis in terris esse statuatur: neque de istius locutionis causa, sed an ^{etiam} illa comedatur & bibantur inter nos disceptetur. Istud autem cuiusmodi tādem est? Nos, inquis, tibi libenter Beza, cōcedimus, non que si tuos nos aliam causam præsentia Christi in Cœna, quām Institutionis verba: & quia longè aliam rationem esse præsentia Christi in Cœna (quam Sacramentalem esse dicimus) & Omnipræsentie causam, quæ ex unione personali dependet, nos ipsi fatemur: in hac quidē controuersia de Cœna Domini posthac de Vbiuitate nullum faciemus verbū. Peto quidnam Beza amplius. Respondet Beza absurdum esse aliā causam specialis præsentia, realis & essentialis in Cœna ponere, quām generalis Omnipræsentia, quum causa generis sit etiam speciei causa. Hypostatica igitur vniō si omnipræsentia, erit quoque præsentia in Coena causa: sed Institutio Cœnæ faciet ut hæc præsentia sit in Cœna Sacramentalis, id est rei præsentis in Cœna percipiendæ causa instituta. Hoc verò si ita est, petit hoc amplius Beza, ut si serior Humanitatis Vbiuitate silentio vultis obrui, id quoque quod ex ea posita consequitur, & ea sublata tollitur, (id est realēm istam

istam & essentialiem In, Sub, vel Cum symbolis
præsentiam, ac proinde oralem quoque sumptio-
nem abrogetis. Petit denique ut quod vester ille
dictator sp̄p̄ondit, re ipsa præstetis. Nisi enim
illum in responsione ad Sperlingum, cuius verba
aduersus Pappum citauit pag. 64. vltro promisisti,
si eae est humanae naturæ proprietas, ut nō nisi in unius loco
loco esse possit, neque à diuina natura ipsi communicari
vlo modo possit, quo & ipsa cum x̄o in pluribus aut
omnibus (similiter videlicet) locis esse queat; si pro assē eda
vera corporis & sanguinis Christi præsenzia in Cœna,
ne ad momentum quidem pugnatrum. Si enī simpliciter
citer (inquit) id impossibile esse fatear, qua ratione id
fieri posse ex Cœna verbis demonstrare conare? Verba
enī Cœna (inquit idem Andreas alibi) sunt tantum
verba dispensationis corporis & sanguinis Domini iam
ante & ex alia causa essentia lucer in pane & vino pre-
sentium. Audin' Holdere, præsentiam vestram real-
lem non pendere ab Institutionis verbis quæ taliter
topere vrgere consueuissim' audin' cum Vbiq' uita
tate tolli vestrum illud In, Sub, vel Cum realiter
& essentialiter abrogari? Vtrumque igitur à vobis
fieri peto, quum posteriorius ex priore quod vltro
pollicemini dependeat.

Citaram etiam locum ex Luthero, in quo eos
reprehendit qui ex Christo omnipotentem homi-
nem faciant, duas naturas permissentes, quod alibi
ut p̄ scriptum laudem, alibi ut erroneum repre-
hendam. Ego vtrumque factum agnosco, & ut re-
cte factum tucor. Est enim certe Orthodoxum
quod dictum voluisse Lutherum apparat, nempe
ipsi Humanitati Omnipotentiam non posse com-

municari quin naturę confundatur. Sed ipsa phrasis, Hominem hunc non esse omnipotentem falsa est, quum Homo iste sit Deus, κοινωνία videlicet ἴδιωμάτων, siue ἀλογών, quā idem Lutherus postea non rectè reprehendit. Sed quid ad hęc Holderus de re ipsa ne ἔν quidem, contentus Beza ut inconstantem carpere, ipse in errore pertinacissimus.

Alium præterea Lutheri locū à me prolatum in quo copiosè explicat quomodo dicatur Christus non nostri duntaxat, sed suę ipsius animę respectu, verè pro ratione ætatis creuisse sapientia, negat Holderus contrà se facere. Legatur locus integer, & periti Theologi diiudicent. Illud certè falsum est quod ait, *negare nos humanitatē esse Deitatis instrumentum*, quod absit ut recto sensu inficimur. Sed hoc quidem verum est, huius dicti merè Monotheliticam expositionem quam afferunt à nobis repudiari, quasi videlicet vñica sit duarum naturarum εὐρεῖα, & vnicum εὐρύμα. Nam neque Deitas quæ sunt Deitatis propria per Humanitatem ut in merè diuinis operibus efficientem causam cooperantem agit: nec Humanitas quæ sunt Humanitatis propria sic impellente ipsam Deitate operatur, ut tamen αὐτούματος, nō tantum παθητικός agat quæ suę sunt naturę: quanvis neutra separatim agat, sed sicut suis & essentiis & voluntatibus & energiis & επηρεαστis distinctæ naturæ manent, ita etiam distinctè agant singulæ quod est singulorum proprium: licet commune sit postea ipsum personale επηρεαστa: humanitate nimirum in suis distinctis humanis actionibus Deitati, & ipsius diuinis

vinis operibus subseruiente: sicut est à nobis antea rationibus & exemplis declaratum, quum de miraculis à Christo editis ageremus.

Patropassianorum errorem alicubi dixi illa reali omnium Deitatis proprietatum effusione stabiliri. Respondit tandem Andreas, se Deitatem considerare non absolutè, sed in vnica filii persona, quæ sicut est vnica incarnata, ita suas omnes proprietates, non quatenus absolutè in Essentia tribus Personis communi spectantur, sed relatè ex se se, ut genita videlicet, in carnem assumptam effuderit. Sed non animaduertunt isti Personam quidem à Persona re differre / quanuis reali tantum distinctione personalium notionum, non separatione siue divisione essentiæ) ideoque numero multiplicari: Personas verò ab Essentia ratione tantum discerni, id est ~~καταρχης τοστην~~, ex quo itidem efficitur proprietates essentiales numero non multiplicari. Itaque alius quidē est Filius re ipsa quam Pater, ideoque incarnata dicitur Filii non Patris Persona: ac proinde Filiationis nō Paternitatis respectu, Deitas est assumptæ Humanitati vnitæ. At quanuis Omnipræsentia, cæteræque essentiales proprietates Deitatis absolutè consideratæ in essentia, relatè in Personis spectentur, non tamen alius est quam Omnipræsens Pater quam Filius. Nō igitur pari ratione Omnipræsentia Filii dici potest assumptæ carni vnitæ qua ipsa Filii persona. Hæc enim sic vnitæ est, ut paternitas neque re, neque ratione dici possit vnitæ: Omnipræsentia verò Filii quæ carni vnitæ est, ratione tantum non est vnitæ ut patris Omnipotentia, quum re ipsa vna & eæ.

dem sit Patis & Filii Omnipræsentia non persona. Iam verò quum iliam ipsam Omnipræsentiam quæ vna est, dicitat isti passim, realiter effusam fuisse in carnem assumptam, ut Deitatis essentialiē, nusquam autem ut in Filio assumente personaliter consideratam, quæ Omnipræsentia in ipsa quoque Filii persona quum essentialiter consideratur, unica est ipsi cum Patre & Spiritu sancto communis, quis isto argumento nos ylos esse mirabitur? Pap pnum verò, sive quemcunque alium eorum quibus respōsiones meas opposui, auctorem, qui tandem sit Holdere, si serio & sincerè veritati patrocina-
ris, ut plures Omnipotentias constituentem, vel non tuearis, si recte sentit, vel, si impius est, mecum non cōdemnes? an quod vos quoque plures Dei-
tates statuore nō pudet? Si enim disertè loquitur tum passim Brentius, ut antea ostendimus, tum in primis Andreas in illa sua ad Ingolstadianas theses apologia; alterius fane Andreas Musculi impietati adiutum aperte h̄s, qui Deitatem ipsam aperte in as-
sumita natura fuisse hatam, passam, mortuam & ex-
citataam scribit.

Quod autem scripsi, & iterum scribo nempe sic à vobis declarari Christi Deitatem, ut καὶ πάντες non επιτίθεσθε à donis in ceteros homines colla-
tis differat, si tibi propositum erat ut calumniosè à me scriptum insiciari, cui non ad eos locos respon-
des quos ex Bienio & Jacobo Andrea autem descripsi, & qua tandem ratione diligi possint non explicari facias? at ego nō certe ego quod meridie-
nā luce clarius est: fieri nō posse quia ita illi sense-
rint, scripserit, docuerint, vel aliud senserint quā
scripse-

scripserint. Iliaigitur quæ mihi ex Andrea citas in
 contraria sententia, nullus me calumniosæ accu-
 sationis arguunt, sed ipsius palinodiam euincunt:
 eamque minime sinceram, quum antea impiè scri-
 pta non tamen ciuarat, & ipsum hinc exortum er-
 rorem tacri persecueret. Imò audaculus hoc ipso
 suo dedecore factus Iacobus Andreas, sese madi-
 do linteo impudenter abstergisse non contentus v-
 lus est auctio nuptiæ. Dixit enim in eo me errasse
 quod dixi, energia que personalem unionem se-
 gnitur, carnem Christi a reliquis creaturis comparati-
 tum differre. Cedò quâ obrem? Quoniam (inquit)
 quum diuinitas filij nō habeat actiones ab Humanitate
 separatas, hinc sequitur energiam carnis Christi sim-
 plior & proprie differre ab energia insensibili, quorum
 sunt separatae actiones, ut separatae persone. Quæ vero
 hæc in scititia, Deus bone, quæ impudentia est? Nec
 enim ego energias Deitatis in humanitate Christi
 & in sanctis inter se comparavi, sed hoc nullies re-
 petui, gratia quidem unionis Hominem illum as-
 sumptum esse essentialiter Deum, ac proinde hanc
 gratiam toto genere à ceteris beneficiis differre
 quibus res creatas Deus creator affectit: gratia au-
 tem habituali quam vocant (id est, si qualitates seu
 dona creata in assumtam carnem effusa spectetur).
 Chyisti Humanitatem hoc demum respectu à san-
 ctis differre secundum plus & minus: ut qui solus
 spiritum, (id est illa dona) ex unitate sibi essentialiter
 deitate nō absolu profluentem sine mensura accep-
 tur, ut inde velut ex capite in sua membra, loco
 modulo, prout ipsi libuit, redundent. Dixi autem
 ista illud Brentij refellens, ubi negat hac ratione
 multi

Christum à Petro differre, quod Christus quidem sua, Petrus vero alterius, à sua videlicet persona se parati, virtute miracula ediderit. Quid ad hæc bonus Andreas? Fortiter dissimulatis quæ obiecerā, persuadere vult se non aliter unquam sensisse, & tamen ne hoc quidem satis intelligit quod ex me aliquatenus didiccrat. Itaque pro ipsis donis substituit eorum usum, & stultè concludit quoniam Christi Humanitas his donis non utatur separatim à Deitate, idcirco hanc gratiam habitualem, quam vocant, id est qua factum est ut Humanitas Christi absque mensura ditaretur, toto genere ab ea differre qua Deus in sanctos secundum mensuram creatas itidē qualitates sanctas effundit: quasi vero non idem sit divinæ in creaturarum liberalitatis genus, quavis Christi quidem Humanitas istis donis utens à deitate sibi unita non separetur: sancti vero sic à Dei spiritu agantur, ut separatae sint à Deitate persona. Sed & quātopere in eo hallucinetur quod Deitatis & Humanitatis actiones sic unitas, ut neque Deitatem propriè diuina cōspicuante, neque humanitatem propriè humana opera per se operari velit, id est Monothelitarum hæresin reuehat, satis supérque antea demonstrauimus.

Osiandri vero tribunitias conciones an merito vocarim, quibus clarissimum illud lumen toti Germaniae prælucens, D. Iohan. Sturmum, id est illius aurei seculi reliquias obruere maledicentissimus homo ille studuit, ut sibi nomen quasi incenso Diana delubro, quereret, non Argentinensis tantum Academia, neque tota duxat Germania, sed exteræ quoque gentes omnes norunt.

Num quid verò amplius? Imò grande aliud superest Beze facinus, qui scripsérít, posita reali *Consubstantiatione*, effici ut bestia quoque symbola sumentes, Christi corpus ipsi m̄ essentialē vorent: in suo verò aduersus Paschā libello istud à se fidūm neger. Agnoscō à xp̄pt̄ma p̄m̄orix̄r Holdere. Sed quām malem à vobis vel id dogma semel repudiari ex quo ista tam absurdā & tam impia, non minus necessariā quām ex Transubstantiatione consequantur: vel cur ista ex vestris nō rectè concludantur, ostendi. Nam quæ tu nobis ex Luthero & Brentio deprimis, P̄tificiorum scholasticorum in eo quoq; expediendo nodo frustra sudantium gerris ac nugis nichil sunt grauiora.

Sed & illud male habet Holdetum quod Brentium alicubi dixerim, initiò nō tantopere à nostris dissensisse. Quid igitur? Errauerit sanè semper Brentius, & errando tandem penitus à veritate ad Eutychianismum vsque paulatim descivuerit, atq; adeò nimium multos secum eò abduxerit, quandoquidem sic Holdero placet. D. Philippus verò placidissimi vir ingenii, quid apud plerosque sua illa nimia lenitate promouerit, tot ipsius ingratitudinibus eius scriptis, non ex illis prioribus prius editis quām legendis & expendendis nostrorum responsis, vt candidissimus, & veritatis amans, profecisset, æquum est astimare: ac proinde non immeritò nobis à Philippo fas est ad Philip-pum prouocare. Ex iis autem maledicis profec-

Etò potius quām cum iudicio & sedato spiritu scriptis Lutheri testimoniis, ab Holdero citatis, vnicū tantum feligam, ex quo quantum ille non semel intemperiei suæ indulserit perspiciatur, & quām tanti viri, sed hominis tamen, nomini, ipsique Ecclesiæ male consulerint, qui pleraque ipsius polemica scripta non maluerunt oblitterari potius quām in publicum edi. Sic igitur ille quodam loco pro suo æstu, *Audi, inquit, tu porce, canis, fanaticæ, aut quisquis fueris, insulse asine: Etiam si Christi corpus sit omnibus locis, non tamen tu statim ipsum vel deuorabis, vel belluaberis, vel attringes.* At vos audite, qui Lutheri auctos &c tantopere vrgetis. Si hoc verum est, quinam verum erit, quod ipse alibi tam pertinacitate tuetur, nempe indignissimos etiam quosuis verum corpus Christi, quanvis ad iudicium manducare?

Denique intolerabilē D. Caccellario Smidelino fieri injuriam cōquereris Holdere, q̄ illud ipsius dictum, *Deum quasi per accidens homini cōjungi, per-* peram interpreter, quum id postea ipse Beza respōdens declararit. Quasi vero satis sit admissum crimen negare. Exstat illud ab eo totidem verbis in suis illis thessibus scriptum, quod non modò ut falso, sed etiam vt insufficientiū dictum reprehendi, quum inter Accidens & Substantiam nihil sit medium. Et quid pluribus hic opus? Quoties, Brentius & ipse istud inculcant, per formam Dei, & Diuitiātēm Christi, non illam sc̄iādn, & eternam intelligi, quam habeat cum Patre & Spiritu sancto communem, sed eam quæ sit ipsi à secunda hypostasi Trinitatis communicata? & carnem assumpsisse, NIHIL

ALIVD esse, quām omnem suam plenitudinem, id est omnia sua dona illi communicasse? quod si tam verum esse vult quām falsum est ac Nestorianum in naturarum separatione, & Eutychianum in proprietatum effusione, aut duas in Christo substantiales Deitates poni, aut vnam quidem substantialem, alteram verò accidentalem statui necesse est.

Et hæc quidem haftenus de istis dicta sunt, quæ si efficere potuerint ut ab his tam portentosis erroribus discedatis, erit de quo Deo Opt. Max. gratias agamus. Sin minus, legitimam villam Ecclesiasticam cognitionē minimè defugio. Vesta autē conuitia posthac solo silentio vlcisci decreui.

F I N I S.

Emendanda.

Fol. 49. lin. 8. lege corporea. Ibid. lin. 9. lege incorporea.



the best way to do this is to make a list of all the things you want to do and then prioritize them. You can also use a calendar or a digital tool like Google Sheets to keep track of your tasks and deadlines. It's important to be realistic about what you can accomplish in a day, and to prioritize tasks based on their importance and urgency. Finally, it's important to take breaks and rest when you need to, as overworking can lead to burnout and decreased productivity.

2. Set aside time for work

Another key to staying organized is to set aside specific times for work. This means dedicating certain hours of the day to work-related tasks, such as responding to emails or working on a project. By setting aside time for work, you can focus your energy and attention on the task at hand, rather than trying to juggle multiple responsibilities simultaneously. It's also important to establish boundaries between work and personal life, so that you can fully recharge and reset after work hours.

3. Create a workspace

A dedicated workspace can help you stay organized by providing a designated area for work-related tasks. This could be a separate room or a corner of your home office. Having a dedicated workspace can help you stay focused and productive, as you won't have to constantly switch between different areas of your home to complete tasks. It's also important to have the right tools and equipment in your workspace, such as a computer, a desk, and a chair, to ensure you're comfortable and efficient while working.


4. Establish routines

Establishing routines can help you stay organized by creating a predictable pattern of behavior. For example, you might establish a routine where you always check your email first thing in the morning, or where you always clean up your workspace before leaving for the day. These routines can help you stay organized and efficient, as you know what needs to be done and when it needs to be done. It's also important to be flexible with your routines, as circumstances may change and require you to adjust your routine accordingly.

5. Use technology to your advantage

Technology can be a valuable tool for staying organized. There are many apps and tools available that can help you manage your tasks, schedule, and calendar. For example, you might use a task management app like Trello or Asana to keep track of your tasks and deadlines. You might also use a calendar app like Google Calendar or iCal to keep track of your appointments and events. By using technology to your advantage, you can save time and reduce stress, as you won't have to constantly remember what needs to be done or when it needs to be done.

DEPARTMENT OF
THE STATE OF NEW YORK
BY THE SECRETARY
TO THE GOVERNOR
FOR THE USE OF
THE STATE LIBRARIES
1891-1892
BY
THE
STATE
LIBRARIES



A D P V T I D A S
Q V A S D A M A I A -
C O B O A N D R E A P A R -
T I M R E C E N T E R C O N F I -
etas, partim aliunde repetitas
calumnias Responsio.

AD PUGNARE
LAZARUS AVIT
CLOACAM
et ad hunc
tempore

AD PVTIDAS

QV ASDAM A IACO-

BO ANDREA PARTIM

RE CENTER CON-

fictas, partim aliunde

repetitas calum-

nias Respō-

sio.

AC O B V M Andream iam olim quidem missum feci, Apostoli præceptum sequutus: qui tamen quum facinorosos illos imitatus, qui de suis sceleribus rogati, satis se purgatos ex aliorum accusatione censem, criminari nos maluerit, quam duplici impietati, cæterisque sibi non temere obiectis blasphemias respondere: paucis non illi quidem, quem insanabile tenet maledicendi cacoethes, sed ad ipsius accusationum capita respondere, ut quæ sit istius hominis in rebus sacris tum scientia, tum conscientia, ij si fieri possit intelligent, quorum credulitate tam diu abutitur. Prima hæc est igitur criminationum nobis ab ipso nuper obiectarum, quas literis quibusdam aduersus Clariss. virum, & meritissimam remp. literariam suam olim immortalem gloriam consequutum, D. Ioannem Sturmum, Academiæ Argentinensis rectorem scriptis adiecit.

g.ii.

Theſis I.

*Deum maximam partem humani generis ad eternā
damnationem præstinasse & ordinasse, ut non pos-
ſint salvi fieri: nec Deum velle eos salvare, aut illis mor-
tem Christi filii sui prodeſſe.*

Responsio.

Nullum esse doctrinæ Christianæ caput calu-
mniis humanæ sapientiæ magis obnoxium, vel
religiōſius tractandum, quām Prædestinationis,
Apostoli ea de re disputatio, & Augustini in pri-
mis aduersus Pelagianos cōcertationes ostendūt.
Alii igitur omnem prædestinationem tollunt, alii
ſic eam ponunt ut ponendo subuertant: alii (inter
quos iſte eſt) altero, nempe Reprobationis mem-
bro mutilatam proponunt: quali verò poſſit ſtabi-
liri aliquorū electio (nec enim eligit qui accipit
omnia) quin cæterorum rejectio affirmetur. Nos
igitur & mille locis expreſſum Dei verbum, & i-
piſius rei naturam, & Augustini in primis disputa-
tiones eruditissimas, quibus olim Pelagiani ſunt
proſtrati, & nunc Semipelagiani Sophiſtae iugu-
lantur, ipſius denique Lutheri in lib. de ſeruo arbi-
trio ſententiam ſequuti, ut Electionis ſic Reproba-
tionis quoque decretum æternum, & quod ad eu-
tum attinet, immutabile, id eſt, tam misericordiæ,
quām iræ vafa ſtatuirimus: neque hinc tamen vel
Stoicam neceſſitatē conſequi, ſiue contingentiā
tolli, vel Deum ſtatui vlliſſus mali, ſiue exitii cuius-
quam autorem: ſed in electis quidem gratuitā illā
miferi-

misericordiam, in reprobis verò iustam ipsius seueritatem spectandam ad nominis eius gloriā præberi demōstramus. Sed de his plenius nunc dispūtare non placet. Ad hanc autem istius sycophantæ triplicem calumniam quod attinet, ita sigillatim respondemus.

De Primo, docemus ex Dei verbo, Nasci, imo etiam concipi omnes homines iræ Dei reos, & æternā dānatione dignos. Ex his plures verbo Dei ne vocari quidem, quām vocari: & tursum plures esse vocatos quām electos: nec Deum propterea iniustum aut crudelēm, sed iustum potiū iudicē in iis quos vel prorsus non vocat, vel efficaciter nō vocat, censendum. Neutrum istorum absque Dei decreto, quod causas omnes secundas ordine antegreditur, euenire. Hoc æternum decretum euentui quidem necessitatem immotam, voluntati verò, quæ est humanarum actionum causa, necessitatem nō, nisi ex hypothesi, imponere. Huius decreti causam esse Dei tum æternam benignitatem in iis quos ipsi libuit, ad salutem prædestinantis, tum æternum mali odium ad iustam damnationē quos ipsi libuit, ordinantis: cur hos autem potiū quām illos saluti vel damnationi destinet, causam ~~ægrotitudinē~~ nullam esse aliam quām ipsius voluntatē, quæ non à iustitia regulam accipiat, sed ipsius iustitia sit norma. Nec enim, Dei ordinantis respectu, ordinari quidpiam, quia id in se se iustū sit, sed contra quicquid iustum est, iustum esse, quoniam & quantum Dei ordinationē nititur ipsa rerum omnium existētia: at non ipsius ordinatio creationē vel existentia rerum. Hoc Dei decretum causas omnes

secundas & tempore antegrediens vtpote æternū: & ordine antecedens, vtpote summum, ab eius decreti executione distinguendum esse, vtpote quæ & suis demum temporibus ac momentis, & non nisi secundarum causarum interuentu enierat. Certum esse igitur plures damnari quam seruari (vt ipse Christus testatur) & neutros absque æterno, & quod ad euentum attinet, prorsus necessario decreto nasci: sed in iis quidem qui seruantur, sumam apparere Dei misericordiā, in iis verò qui damnantur, causam damnationis ipsorum totā hæretere: ac proinde Deū summè benignū in illis, summè severum in his seipsum declarare, in quibus duobus salua ipsius gloria potissimum elucescit. Nec enim aut saluti destinatorum glorificationē, aut ad exitium descriptorum sempiternam cōdemnationē ultimum esse fine illum in quem Deus prædestinans intuetur: sed sui nominis gloriā, propter quam omnia quæ cōdere ab æterno decreuerat, condidit: & singula quotidie per causas secundas existere vult, etiam impium ad diem malum.

De secundo, quod videlicet ordinariit Deus vt non possint salui fieri reprobi, docimus nō posse quidem exitio destinatos non damnari, vt hoc non absque Dei decreto enierat: Deū tamē nō esse damnationis causam ~~accusa~~ reprobri efficientem, sed partim eam corruptionem, qua homo primus merè voluntaria corruptione sese peccato mancipans, humanum genus obligauit, partim illius corruptionis spontaneos effectus, id est, peccata.

De tertio, quod Deus nolit probationi destinatos seruari, aut illis mortem Filij prodesse, istud concedi-

concedimus Christi verba sequuti, qui testatur se pro mundo non rogare: & fundamentum illud amplexi, quod declaras Apostolus ait, Nouit Deus qui sint sui: modò illud adiiciatur, Nō damnari reprobationi destinatos, quòd ipsi seruari velint, Deus autē volentibus resistat: sed partim propter hæreditariam & mentis & voluntatis corruptiōnem, partim propter voluntariam & perpetuam ipsorum contumaciam, quæ est illius corruptiōnis fructus.

Thesis II.

Quòd non omnes infantes in Baptismo regenerantur, sed id duntaxat quos Deus in arcano suo constitio & decreto ad vitam aeternam prædestinavit.

Responsio.

De hoc capite iam pridem est Heshusio respōsum, Nos videlicet arcana ista de singulis personis iudicia Deo relinquere, &, quod ad nos attinet, eos omnes potius præsupponere ex electorum esse numero, quām reprobatos, quos Deus vel ex fidem Christi profitentibus nasci voluit, veletiam aliūde adscitos & catechizatos in Ecclesiam suam inseruit. Sed quum non nisi ex Christo per fidem apprehenso iustificemur & regeneremur: fidem autem constet usque adeo non esse omnium exicipiendi sunt enim hypocritæ, & qui fidem habent non illam veram, sed ~~veritatem~~, quos Deus ~~appropinquans~~ suo tempore vel patefacit, vel etiam non patefactos in suum locum extendit) sicut v-

num baptisma, quod ad Deum promittentem attinet, ita, quod ad eius effectum, duplicem baptismum ponimus, sicut Paulus duplicem circuncisionem, in cuius locum Baptismus succedit.

Thesis III.

Quod regeneratio eorundem electorum non semper fiat in ipso Baptismo, quando infans baptizatur, sed saepe numero in senecta ipsorum denuo fieri. Ideoque etiam docent Baptismum tantum signum esse regenerationis, & sigillum seu testimonium, quemadmodum & panis Eucharistia tantum signum sit corporis Christi.

Responsio.

Quid sit istud *Denuò fieri* fateor me non intelligere, & puto Denuò pro Demum Typographū excusisse. Quod autem ad primam huius Thesis partem attinet, illam pro vera vsque adeo agnoscimus, vt gratiam, cui velut obsignandæ Baptismus adhibetur, remissionem videlicet peccatorum & regenerationis donum, affirmemus interdum antecedere Baptismum, vt Abrahamus fuit iustificatus, ac proinde remissionem peccatorū adeptus, & nouus homo factus, priusquam circumcidere-tur, & Cornelius cum suis prius baptizatus Spiritu quam aqua, sic denique omnes adulti vera & actuali fide prædiri, ante quam ad Baptismum adhibeantur: interdum vero Baptismum subsequi. Obsecro qui in infidelitate positus, & tamen scipsum fidelem profitens, baptizatur, num Baptismi

Baptismi gratiam consequitur? Si hoc putat noster criminator, age transeat aperte in eorum partes qui opus operatum tuentur. Num verò qui fuerit hodie in infidelitate baptizatus, postea fide donari non potest? Si hoc neget iste, doceat nos à quo spiritu scientiam istam hauserit. Num verò sic fidelis factus iterū baptizabitur? Nequaquam respōderit, opinor, Andreas. Ergo in hoc homine vel tāto post tēpore sequuta fuerint ipsius effecta, quantū inter Baptismū & conuersionē eius intercesserit, quod nos docemus: vel si fuerit in eo iniutus Baptismus qui eo ipso tēpore quo fuit administratus illi nō profuit, cōuersus iste sine vlo baptismo seruabitur, quod Andreas dicere minimē sustineat. Quid si verò infidelis iste baptizatus nunquā conuertatur? nēpe vel ad opus operatum cōfugiat rursus Andreas, vel Baptismum non ipsius Dei vel Baptismi vitio, sed sola infidelis baptizati culpa fatetur oportet sine interiore gratia feisse istiusmodi infideli collatum: ex quo rursus istius hominis, qui tamen cæteras Ecclesiās damnandi autoritatem sibi usurpat, quāta sit infictio simul & audacia quis non videt?

Ad posterius autē huius capitī mēbrum quod attinet, in eo duplicit calumniatur Andreas quū Baptismum à nobis dicit tantū pro signo seu testimonio regenerationis haberi. Etenim neq; Baptismū esse dūtaxat signum dicimus, sed signū Sacramentale, id est, cum quo, quod ad Deum attinet, res significata verè semper fide accipienda præbetur: neque regenerationem tantū, sed etiam vel in primis ablutionem à peccatis dicimus

esse baptismi effectum. Deinde nihilo doctior est Logicus quam Theologicus, quū ex eo quod Baptismo exteriore baptizatos dicimus interdū interioris non esse participes, à nobis exinaniri symbola colligit: quasi videlicet valeat hæc consequatio, præbetur omnibus interior cum exteriore, ergo ab omnibus qui exteriorem recipiunt, interior recipitur: de qua merè falsissima & absurdissima collectione quum toties sint isti disputatores concubitatores admoniti, quis illorum vel stuporem vel peruvicaciam satis possit admirari?

Thesis IIII.

Quod humana Christi natura, hoc est, corpus & anima Christi, in omnem aeternitatem omnipotentia Dei neque capax, neque particeps sit. Et contrarium affirmare tam absurdum esse, ac si quis dicat, aptitudinem ad disciplinas capiendas lapidi aut trunco infundi posse. Siquidem finitum non sit capax infiniti.

Responsio.

Enim uero quæ hæc impudentia, dicere audere negari à nobis humanā Christi naturam esse partem Deitatis, in qua plenitudinem Deitatis Verbi, etiam *οὐανῆς*, habitare fateamur? Sed duo requirunt isti sub anathematis poena: unum, ut Deitatis nomine non illam *ὑστέρην* tribus personis communem, non hypostasin ipsam Filii, sed *ἕντελην* intelligamus. Hoc enim totidem verbis ipsi centies inculcant. Alterum, ut Deitatis quam vocant

vocant participationem non vniōne hypostatica,
sed blasphemō ipsorum commento, nēpe vel reali
proprietatum omnium Deitatis essentialiu in car-
nem effusione, siue ξεργία exæquatione, vt Bren-
tius & Andreas loquuntur, siue Monophysitica
siue Monothelitica ἀναχωρίσει, vt loqui mauult Ke-
mnitius, definiamus. Et quid est illud quæso, hu-
manitatem esse Deitatis capacem? Clamitant nos
esse Iudæis & Mahometanis deteriores, quod cum
Angelis dicamus Christi carnem cœlis capi, id est
contineri, ac proinde tanto eum à nobis interual-
lo, quod ad humanæ naturæ essentiam attinet, ab-
esse, quanto absunt supraemæ cœlorum, vnde Chri-
stus secundum carnem veniet, à terris in quibus
nunc illum expectamus. Nec interea nouum hunc
Diotrephen pudet credere iubere, Deitatem Ver-
bi sic carne assumpta contineri, vt non absque illa
(hoc enim absit vt inficiemur) sed extra illam car-
nem nusquam sit: quam Scyllam vt vitent, in Cha-
rybdis illico incurront, quum assumptam carnem
tam latè atque ipsam Deitatem, id est, vbiique es-
sentialiter & reipsa patere, omnipræsentia siue
Vbiquitatis reali in carnem effusione pertinacissi-
mè contendunt, quasi minor sit impietas ex finito
infinitum, quam ex infinito finitum facere, id est,
Humanitatem in Deitatem, quam Deitatem in
Humanitatē transformare. Iam verò quod ad illā
trunci vel lapidis similitudinē attinet, quibus tan-
dem istud cō uitium conuenit, nobisne qui huma-
nitatem à Verbo hypostaticè assumptam supra
reliquas res omnes creatas inenarrabili sublimi-
tate euectam non modò vniōnis gratia, sed etiam

collatis in eam donis affirmamus, an illis potius qui Deitatis in Christo præsentiam non ex vnione hypostatica, sed perfectiore quām in aliis sanctis ἐρεψίαι definiunt? En quō cæcitatis sub doctoribus non lusciosis, sed planè cæcis recidisti, Germania, quæ tamen tam multis antehac oculos aperisti! num vt in te quoque compleatur illud Christi, fieri in nonnullis posteriora prioribus deteriora?

Thesis V.

Quod humana in Christo natura, ne voce quidem, aut grammatica vel verbali communicatione, omnipotentia Dei tribui vel adscribi possit.

Responsio.

Ludunt sophistæ in Omnipotentia & Humanitatis vocibus. Si Omnipotentiam vocant omnium rerum creatarum administrationem, illam absit ut inficiemur Christi humanitati concessam cuius etiam carni, vnica excepta Deitate, ac proinde seipso etiam secundum Deitatem excepto, omnia, suprema, media & infima subiecta sunt. Sin verò hoc nomine infinitam illā vim omnia quæ libuerit creandi, efficiendi, imitandi, Deitati essentialiter propriam, intelligent, vt hoc crassissimo delirio suam omnipræsentis essentialis carnis chimæram confiant, hominem quidem hunc vere & essentialiter factum esse Deum, sed hypostatica vnione quæ neque naturas neque proprietates eorum confundat affirmamus: quam humanitatem euafisse

euasisse Deitatem sive essentia, sive vlla ipsi humani-
tati inexistente essentiali Deitatis proprietate,
constanter negamus: atque adeo tam insanire il-
los dicimus qui duas Omnipotentias quam qui
duas Deitates statuunt, sive utrunque illarū essen-
tiale quidpiam esse volunt, vt substantia substanti-
æ accidat, aut quasi accidat, vt Andreas falsissimè
& ineptissimè scribit: sive unā substantialem, alte-
ram verò creatam qualitatem esse cōminiscun-
tur. Humanitatis autem nomine abstracto, quum
sola natura humana qualis in se est intelligi pos-
sit, tam falsum & tam insipium esse dico Omnipot-
tentiam, ita vt modò diximus intellectam, vlo mo-
do ei attribuere, quam si dicas Humanitatem es-
se Deitatem: sin verò Humanitatem pro homine
ipso assumpto, & Deitati assumenti hypostaticè
unito accipient, ferenda quidem non est illa *axyp-*
oxia, propter Entychianos & Monophysitas, ac e-
tiam Monothelitas: sed tamē, cuod ad sententiam
ipsam attinet, (vt modò diximus) absit vt un-
quam negemus hunc assumptum hominem esse
verè & essentialiter omnipotentem, atque adeo
quicquid Deus est, quom hic homo sit Deus: sed
ea denum ratione qua Deus est, nempe non vt in
se, aut ex se, sed quatenus est à Verbo persona-
liter assumpitus.

Thesis VI.

Christum secundum humanam naturam, hoc est,
ipsius Animam & Corpus, accepisse potentiam mediā,
qua maior sit quam potentia Angelorum & reliquo-
rum beatorum hominum, & minor quam potentia Dei:
cum Omnipotentia autem, qua Diuinitatis propria est,
nihil commune habere.

Responsio.

Potentiam carni Christi à Deitate, corporaliter in ea inhabitante, donatam, quam Apostolus per nomen quod est supra omne nomen intelligit, nō tantum $\chi\wp\tau\pi\lambda\epsilon\omega\eta$, sed $\chi\wp\tau\pi\gamma\omega\sigma\omega\zeta$ differre ab illa infinita & clementiali Dei Omnipotentia $\alpha\kappa\sigma\pi\omega\pi\tau\pi\eta$ affirmamus. Itaque media statui non potest nec debet, quum illa sit supra & extra ipsarum creatarum substantiarum omnē, ut ita loquar, $\chi\wp\pi\gamma\omega\pi\alpha\pi\eta$, creata verò potentia ne inter substantias quidem, sed inter qualitates recenseatur. Cui verò nisi acutissimo isti tam Theologo quām Dialectico vñquam in mentem venit vt qualitates inter substantias distribueret? Sed & istud, naturam humanam nihil habere cum omnipotencia Deitatis commune, quām calumniosē in nos dicatur, per se satis perspici potest, quasi videlicet Nestorianis ipsis deterriores, id est, ne ipsam quidem Verbi $\pi\alpha\pi\omega\pi\alpha\pi\eta$ agnoscamus, & humanam naturam alienū quiddam & separatum à Deitate assumente esse statuamus, qui tamen & $\pi\alpha\pi\omega\pi\alpha\pi\eta$ illi vnitam in Verbi persona Deitatem esse, & ipsis etiam Angelis inenarrabile īnde dignitatē ipsi cōciliatam tuemur. Sed istis scilicet Nihil habere cum Deitatis Omnipotentia commune, idem valet, atque realiter infusas in se-sibique vnitas proprietates omnes Deitatis nō habere, id est, Entychen ab inferis non reuocare.

Thesis VII.

*Christum secundum humanum spiritum etiam nunc
in gloria sua collocatum T A N T V M scire, quantum
ipsum*

*ipsum deceat et necesse sit scire,
& quantum illi s ufficiat ad iudicium celebrandum. OMNIA autem scire ita esse SOLI VS DEI
proprium ut nulli creature, adeoque NEC SPIRITI
AVT ANIMAE CHRISTI communicari
possit.*

Responsio.

Rectè faceret omnino conuictior iste noster si de sua augenda sciētia & emendanda conscientia, potius quam de Christi humanitatis supra Angelos etiam ipsos collocatae, sciētiæ finibus emeticendis disceptaret, quam absit ut prophanè & curiosè scrutemur, quū nobis potius illa regi & gubernari sit satis. Illud quidem dicimus naturam humanam Christi, etiam glorificatam, sicut quòd existit hoc habet à Deitate à qua fuit assumpta, ita ab eadem tum essentiales suas proprietates, tum accidentiæ qualitates habere, nec tamen extrinsecus, ut nos mere creaturæ, sed à seipso ratione personæ habere, quatenus videlicet unus & idem est Deus qui homo. Quærere verò an omnia suæ nunc glorificatae carni suggerat Verbum, an verò plurima dūtaxat, quorsum laboraremus: modò in ipsius etiam carne redundare sciamus, quæcunque ad totius mundi ac suæ imprimis Ecclesiæ gubernationem potentissimum & sapientissimum opus est?

Thesis. VII I.

Quòd CHRISTVS TANTVM COGNITIONIS DEI habeat, QVANTVM Mei reueletur.

Responsio.

Quum Christus sit Personæ nomen, quis istius
criminatoris impudetiam non agnoscit? Quinam
enim Filius, qui & ipse unus est cum Patre Deus,
Patrem, ac proinde seipsum perfectissime ab æter-
no non nouerit? Sin vero assumtam naturam seor-
sim consideratam sophisticè sic intelligit Andreas:
fatemur sane doceri a nobis vere creuisse illum ut
hominem & ætatem, & sapientia, infante adhuc quam
pro nobis suscepere naturali infirmitate: quod si
negat iste, litiget cum Luthero, cuius scripta vult
iste haberi pro certa veritatis norma. Sed & in illa
gloria diuina Christum dicimus secundum carnem
non nisi ex suæ Deitatis reuelatione nosse quæ-
cunque non aliter quam ex reuelatione nosci res
creatæ possunt: ut qui sit, testibus etiam Patribus,
& seipso major secundum Deitatem, & seipso mi-
nor secundum humanitatem.

Thesis IX.

Quod Christus eodem modo quo alij homines ex
Maria natus sit. Nam et si nec a Iosepho, nec ullo alio
viro conceperit, claustra tamen virginei corporis post
partum non inviolata permanisse, sed Christum cruento
partu editum esse.

Responsio.

Quæstionem hanc non modo quia turpis & pro-
phana est, sed etiam quoniā ad nostræ salutis my-
sterium

strium minimè pertinet, ideoque nullo Dei verbo explicatur, totam D. Cancellario gynæceorum asseclæ relinquimus. Nam illud quidem ad salutem requiritur ut sciamus & credamus, in Virgine intacta tum ex Spiritu sancto conceptum, tum postea natum Seruatorem nostrum Iesum Christum. Sitne verò cæterorum hominum more, perrupto videlicet utero, an ὑπερφυικῇ ratione natus, (quod & testimonium à Luca prolatum aliquo modo videtur indicare, & ex vetustis Patribus non pauci, ut Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus ipse deinde, satis aperte affirmant) minimè laborandum nobis arbitramur. Semper enim virgo fuerit Maria quæ concubitus fuerit expers. Sed fuit nimis hoc quoque miraculum cæteris adiiciendum, ut aliquid Omnimaiestaticæ primū, ac deinceps Vbiquisticæ chimæræ substerneretur. Verum quo tandem pondere seu momēto? Nam etiamsi istud concedamus, quod tamen neque Verbia auctoritate, neque fidei analogia, neque alicuius Patrum probabili coniectura nititur, ad Christianam deinde fidem nihil facit, quis tamen non dixerit in ipsa virgine potius quam in infante quem pariebat, hoc editum miraculum, si virginitatis ipsius probadæ πνευματικῶν esse debuit uterū nō perruptus? & quis istius πνευματικῶν testis esse potuisset, si probandum illud fuisse? Virginitas ergo Mariæ alio testimonio nititur quam istis que quotidie quoque fallere obstetricum oculos leges Civiles testantur. Satis illam certè ipsius integritas Prophetico spiritu interpios testata, & reliquæ virtutes, & ipsius

h. j.

mariti integritas, & Propheticæ prædictiones in reliquis ministerii Messie partibus palam impletæ, ex intacta virginē natum esse prædicabant, ut illas mouere quæstiones cuiquam Christiano verè religioso, imo honesto viro ne in mentem quidem venire decuerit. Aio igitur, ut hoc daretur, in virginē ipsa potius editum miraculum quam in infante, cui luna moles visibiliter ostendebat, & quem in præsepi fasciis ut cœteros inuolui, & tum à pastoribus, tū à magis spectari & adorati verè & physicè prorsus oportuit. Imò si hypostaticè vñionis morientum, ut isti τεχτόνοι volunt, fuit Ubiquitatis humanitatis assumptæ causa & initium: adeo ut, sicut Brentium scribere non puduit, quo tempore fuit in præsepi, esset in cœlo (id est, ubique) illa ipsa humanitas re ipsa, quoniam nisi vbiunque est Diuinitas assumens, ibi fuisse humanitas ab vñionis, id est conceptionis punto statuatur, diuidatur persona: nempe nec vñquam sic exierit ex vtero ut non esset in vtero, nec vñquam in vtero fuerit quin extra vterum fuerit. Semper igitur à conceptione, & natus & non natus fuerit. Egressus denique ipsis ex vtero fuerit inane spectrum usque in præsepe, & ascensio usque in nubes. Et hæc fæda monstrâ diutius ferre potes Germania, ut in Africam tandem transformeris?

Thesis X.

Quod Christus non per clausum sepulchrum egreditus, aut per clausum ostium ad suos discipulos corpore suo ingressus sit aut ingredi potuerit.

Ref-

Responso.

Clauso an reuoluto lapide resurrexerit Dominus, ex historia Euangelica colligi non potest. Quod si vera est Vbiquitatis doctrina, adhuc tam est Christi corpus in sepulchro, quamquam quum in eo reponeatur, immo simul pendebat in cruce, & iam erat in sepulchro, quandoquidem ubique fuit, est, & erit tertia caro eius assumendi Deitati unita. Tantummodo igitur id quod per ~~an~~ illusoriam in oculos incurrit, speciem omnipresentis variat. Itaque absolutus iam esto Marcion. Multo minus enim insanuisti viues quamasti abortiuui, tibi mortuo post tot secula surrogati. De ingressu per ianuas clausas quoties a nostris dictum est? Sit tamen ingressus Christus: certe palpabilis, nec abiecta corporis mole, quum ingredereatur, ut ex illa ipsa corporea palpabilique mole, & planè physica resurrectionem suam ipsis externis sensibus, visui, auditui, tactui discipulorum probaret. Cur igitur quantitatem, vel ad breuissimum momentum deponeret, id est corpus esse desinaret? Nam, inquit ille ipse Augustinus de hoc ipso corpore in caelos assumpcio differens, & huius miraculi accuratus explicator, Tolle spatium corporibus, & corpora non erunt, immo ne erunt quidem. Quis ergo non in ipso Christi corpore, sed in pariete, momento temporis, nulla vi humana interueniente, sed Dei tum iussui patente, tum sese rursum occludente miraculum editum non videt? Quid amplius si vobis Vbiquitariis creditur, erat iam intus Domini corpus antequam eò introiret, neque fortis esse

desit postquam eò introiit. Quódnam igitur tandem erit istud miraculum quod vos ipsi destruitis? Nunquárnne verò vos istarum vanissimarum ineptiarum pudebit? nunquam oculos aperient quos tam inanibus præstigiis fascinastis?

Thesis XI.

Quòd humana natura Christi nos redemerit cum qua in passione ἀρνησε reuera nihil commune habuerit.

Responsio.

Imò verò quum adhuc nemo te natum esse sci-
ret, Andrea, & quum Brétius simul suam Vbi-
tatem cuderet & rem faceret, à magnis illis viris
D. Philippo, Io. Caluino, & Petro Martyre op-
pugnatū fuit & expugnatū Stancari dogma
quod nobis impudenter impingis, de quo sic habe
in summa: Mediatorem fuisse Christum, ac proin-
de Redemptorem, tum personæ totius cōiunctim,
tum naturarum sigillatim consideratarum respe-
ctu, ita ut neque Humanitas absque Deitate, ne-
que Deitas absque humanitate sit mediatrix: sed
ita ut sicut tum naturæ ipse, tum earum proprie-
tates citra confusione vllam constituūt Perso-
nam vnicā Mediatoris, sic in ipso pro nobis obcen-
do Mediatoris munere sua cuique naturæ ἐνίργεια,
suum cuique ἐνίργεια inconfusum servetur. Sit igitur
sanè passus ἀρνησε in carne, vt & conceptus, &
natus, & mortuus, & sepultus, cui quū fuerit ipsa
Deitas in persona Verbi vnitæ, quomodo nihil cū
ea

ea commune in istis habuerit? At si in sese vlo modo passam Deitatem dicis, age etiam conceptam, crucifixam, mortuam denique dicito, vt te ipsi Dæmones vna cum Eutychetis execrabilibus manibus detestentur.

Thesis XII.

Quòd doctrinam, quæ in dubitata veritas est, bona & inuolata conscientia nemo sua subscriptione approbare aut confirmare posse, que non prius in Concilio aut Synodo tanquam orthodoxa approbata & confirmata sit.

Responsio.

Pergit idem mendacii spiritus. Nunquam hoc quisquam nostrum censuit, nedum ut scripserit aut docuerit. Sed hoc affirmare non veremur, in negotio religionis magnam esse tum controuersiarum de quibus queritur, tum personarum de quibus agitur, habendam rationem, ut zelus sit secundum scientiam, & infirmis conscientiis consularit. Ad controuersias quod attinet, aliæ sunt protius nouæ, aut de quibus vel nondum quæsitū vel non aperte decisum fuerit, aliæ veteres aut ex veteribus interpolatæ: quædam caput ipsum religionis petunt, quædam non tam magni sunt momenti, ut religionem ipsam vel directè vel ex consequenti cōuellant: quædā sunt inueteratæ, & non paucorum animis altè iam insederunt, quædam recens à paucis agitatæ, neque dum latius sparæ. Magnam igitur horum omnium discriminum ha-

bendam esse rationem dicimus, ne per imperitiā
remedium malo ipso peius adhibeatur. Itaque
quum etiam de maximi momenti rebus, quum de
multis aberrantibus, quum de inueteratis errori-
bus euoluendis agitur, quantumuis iam antē fue-
rint generalibus etiam Synodis, communi E- cle-
siarum consensu approbatis, decisi, piis quidē Pa-
storibus sedulō prouidendum dicimus, docendo,
monendo, vrgendo, tum vt deuios in viam reuo-
cēt, tum vt, quantū in se est, saluum reliquum g̃e-
gem, accedente religiosorum quoque magistra-
tuum vbi fieri potest autoritate, præstent: sed tum
in primis esse legitimis conuentibus opus, in qui-
bus non ~~au~~^{du}perī pauci, non ii ipsi qui rei sunt, nō
odiis in quemquam inflammati, non imperiti
& meritō suspecti fratres, iudicandi ius sibi tyran-
nicē arrogant, sed spe&tate tum doctrine, tum pie-
tatis, tum etiam moderationis viri collocutionem
moderentur, in qua liberē quidem, sed sanctē si-
mul placideque omnes audiantur, controuersia
omnis ex puro Dei verbo, minimē quoque negle-
ctis veterum sanctorum Patrum, & Ecclesiæ pu-
rioris testimoniis, cōponatur: ita denique decisæ
controuersiæ quorum decet autoritate sanciātur:
iis meritō, qui, legitima præeunte cognitione, re-
ctē constitutis non acquieuerint, ab Ecclesia ex-
cludendis, aut etiam, si quid seditionē fecerint, à ma-
gistratu durius habendis. Sic enim Apostoli quō-
dam factitarunt: sic aduersus Arrianos, Nestoria-
nos, Eutychianos, Monophysitas, Monothelitas
actum est: quæ Synodi etiā blasphemias illas non,
statim, at paulatim tamen, opprēserūt, & hoc ipso
tempore

tempore nobis aduersus illas repullulantes arma suppeditant. Quid amplius? Annon vos ipsi tot iā annis & viuo & mortuo Lutherò, inter vos & Romanum Pontificem sic agi postulaistis? Qui sit, igitur, quæsò, ut in eo ipso, quod nisi vobis aduersum communem aduersarium tribuatur, iniquissimè vobis negari meritò clamatis, tantopere vos inexorabiles nobis præbetis? Num quòd deteriores quibusuis hæreticis sumus? Deus meliora. Nemo certè nos adhuc hæreſeos vlliſſ accusatos, præter vnum illum communem aduersariū eodem atque nos loco vos habentem, ad dicendam causam euocauit, ne dum vt auditos damnarit. Imò in qua tandem orbis Christiani synodo (exceptis illis de transsubstantiationis idolo verè Satanicis veteribus ac recentioribus conuentibus) de coniunctione sacramentali disceptatum fuit? Quod si veterū Synodorum communi consensu receptarum autoritas tantum valet, vt iisdem de rebus postea ambigentes, quantumuis multos, sit nefas audire, quo iure vos Brentianos Nestorium in naturarum separatione: Eutychen in reali proprietatum essentialium in carnem assumptam effusione: Monothelitas denique in vnica ἐπείγη, toties iam pridē omniū orthodoxarum Ecclesiarum iudiciis auditos, conuictos, damnatos, ab inferis reuocantes, tolerari fas fuerit? quanto minus verò vos eosdem pauculos, quos causam dicere, non iudices sedere oportuit, æquum fuerit aliquot piorum alioqui & religiosorum credulitate abutentes, toti Germaniæ fidei vestræ normam præscribentes, & pestilis artib⁹ emēdicatis vndique, imò etiam inter-

dum extortis subscriptionibus fretos, tot gentes, tot Ecclesias, tot spectatissimæ pietatis ac doctrinæ vitæque inculpatæ Pastores, vestris anathematismis ferientes ferri? Hæ sunt igitur causæ, quæ nos non ad id sentiendū, quod nobis iste criminat, falsissime impingit, sed ad piis quoq; Magistratus implorandā fidē quum ita opus fuit, impulerunt, Africanorum nominatim aduersus Donatistas & Circumcelliones exemplum imitatos.

Thesis XIVI.

Quod subditi sese ordinario Magistratui opponere & contra eundem bella bona conscientia gerere possint, donec illis liberum exercitium religionis sua concedat, & firmam pacem iure iurando confirmet.

Responsio:

Nempe deerat istud ad extremam impudētiā. Imò vt norit iste quis noster sit animus: hoc dicimus & asserimus, non tantū in religionis causa, sed ne in aliis quidem ullis negotiis homini priuato licere gladium aduersus Magistratum sibi diuinitus impositum, quantumuis etiam tyrannicè agentem, usurpare. Ita, inquam, sensimus, & sentimus, & Deo fauente, sentire nos tum verbis tum reipsa, semper testabimur. Obscurum verò non est quorsum hæc tendat criminatio. Gallia nimirū & Belgica civilia bella sic iste designat, de quibus quum Illustrissimorum Germaniæ Principum non pauci tum potentissimi tum religiosissimi

simi sic iudicarint, vt quos egregius scilicet iste Christi in calēte hypocusto martyr seditiosos & Diaboli martyres clamitat, & pecunia & milite adiuuerint, atque adeò ne suæ quidem ipsorum in iis adiuuandis vitæ pepercerint, quid attinet istam calumniandi rabiem pluribus refutare? Illud quidem certè mirum videri posset isti criminatori excidere potuisse, parum memori quorum nūc Principum hæredibus, donec mensuram suam impleat, abutatur.

Thesis **X I I I .**

Quòd in hereticos gladio & igne sauvire licitum sit.

Responsio.

Deus hanc linguam maledicam compescat. Ex citarunt hāc quēstionē Seruetani primū, deinde Tritheitæ, Sebastiano Castalione & Lælio Socino, nōminibus dissimulatis, hanc causam agentibus. Eece verò nunc illam isti renouant, arrepta nimis inde occasione, quòd ex perditissimis duobus qui & à Christo ad Mahumeten defecerūt, & scriptis libris alios ad idem scelus pellicere tentarūt, vnum dolui malè fuisse custoditum, alterum capitalem pœnam, qua postea fuit Heidelbergæ affectus, mereri scripsi. Quis verò id in me ausit reprehendere quin alterum Eusebium Nicomediensem, & Dioscorum Alexandrinum, aut vtroque etiam istū deteriorem imitetur? Ad rem autem ipsam quod attinet, piis & verè Christianis Magistribus docemus præcipue dandam operam vt

purus ac sincerus Dei cultus vigeat, eiisque perturbatores, prout res postulat, auctoritate sua legitimè iudicatos, capitali quoque poena, si necessitas & sceleris magnitudo postulent, coerceant, potius quam Ecclesia detrimentum accipiat. Errorem autem ab heresi, discipulos à magistris, ignorantibus à sceleratis, dociles à pertinacibus & indomitibus, seditionem denique itidemque blasphemiae crimen ab heresi simplici discernimus. Immo in quosuis, etiam puniendos, poenam capitalē decernendam, cui tandem nostrum unquam venit in mentem, ut censem? Hoc cine verò est aut tyranicae carnificinæ fauere, aut vim conscientiis afferre?

Thesis X V.

Quod corpus Christi à pane Cœna Domini tamum absit, quam procul sumnum cælum ab infima terra distet.

Responsio.

Agnosco quam tu potius blasphemus blasphemiam vocas, sed addo quod tu astutè præteriisti, nempe de ipsa corporis essentia (quæ, ut ait Augustinus, ut à cælis aberat quum in terris esset, nunc contrà quum sit in cælis, usque adeo abest à terris, ut inde ventura speretur) & de nostris vicissim corporibus, quæ nunc in terris quum sint, à cælis absunt, hanc absentiam esse intelligendam: quæ minime tamen prohibeat quomodo verum illud corpus quibusuis tam verè &

certò præbeatur spirituali modo & organo, nempe ore fidci percipiendum, quàm verè symbola traduntur corporali modo & organo, id est, ore corporis accipienda, ac proinde quin menti ac fidei sit præsentissimum, quod à corporibus nostris tanto dissitum est interuallo. Hæc, inquam, agnosco, & aliter sentientes, siue Transsubstantiatores sine Consubstantiatores, dico antecedens ponere, ex quo veram non esse Christi carnem, verbo Dei, summóque veterum omnium orthodoxorum Patram consensu repugnante, necessariò consequatur. Veritatem autem Sacramenti in eo minimè positam dico, vt coloco adhuc res significata in quo adest Sacramentum, sed vt tam verè præbeatur fide percipiendum quod promittitur, quàm certò sacramentum corpori recipiendum traditur. Hoccine verò est blasphemare, vel Sacraenta euacuare, ac non potius suam & carni Christi & Sacramentis veritatem astrarere?

Thesis XVI.

Deum sua omnipotentia prestare non posse, ut Corpus Christi simul & semel in celo & in terra praesens sit aut esse possit.

Responsio.

Hæ sunt præstigia quibus bonus iste vir cum suis gregalibus eos, quorum credulitate abutuntur, in nos prouocare non desinunt, quasi

Omnipotentiam Deo detrahamus, qui tamen cōtra istos Vbiquitarios illam vni Deitati tam propriam esse vociferamur, vt etiam prorsus re ipsa ~~exortator~~ esse defendamus. Quid ergo? Non hoc quæritur, sycophanta, sitne Deus omnipotens, quem vnicum esse omnipotentem, ne carne quidem Christi excepta, contra te tuemur: sed hoc quæritur, possitne Deus simul velle contradic̄toria, id est, mendax esse & mutabilis, quod certe posse non est omnipotentem sed impotentem esse. Tūne verò contradicentia esse negabis quæ in vna & eadem Christi carne simul constituis? contradicentia, inquam, vt veritatis quantumuis gloriificati corporis Christi legibus immotis, ita etiam immotæ Dei omnipotentis ordinationi de vero & organico in æternum mansuro Christi corpore, in ipsius verbo nobis patefactæ. Hoc verò qui ex Dei verbo, & irrefragabili totius orthodoxæ Ecclesiæ consensu tot Synodis confirmatæ tueruntur, non certè omnipotentiam Dei inficiantur, sed ipsius divini decreti inuariataq; firmitatem defendunt. Qui verò carnis perpessiones volunt etiam re ipsa fuisse Deitati communes, quinam possunt Deum omnipotentem statuere?

Thesis XVII.

*Christo impossibile esse TANTVM VELLE vt
Corpus ipsius Ore manducemus, & sanguinem eius
Ore bibamus.*

Responsio

Responsio.

Hic quid sibi velit iste criminator, diuinare nesciui. Hoc quidem dicere non dubito post Augustinum, Dei naturæ, qui tam seuerè fundi sanguinem hominis prohibuit, non posse conuenire ut scelus quod ipsa cæde longè est immanius, vñquam χ^{p}
tò p̄ntò preceperit, & Ecclesias Christianas in Cyclopedia antra transformarit.

Thesis XVIII.

De essentia Diuinitatis stultè imaginantur, quod Deus sua essentia sit in cœlis illis summis tātum ad quos Christum ascendisse fingunt: sua autem potentia tantum & virtute præsentem esse in creaturis omnibus, quasi in Deo aliud sit essentia, aliud potentia Dei.

Responsio.

Deitatis scilicet essentiā aliquibus finibus circūscripserint, & vlo cælorū ambitu cōcluserint, qui vbiique esse, vnius Deitatis proprietatem essentiālē & prorsus ~~anomalon~~ esse aduersus istos Vbiquitatis tam prodigos effusores tuētur. Idem scilicet non didicerint vnum & idem esse reipsa Essentiā & potētiā Dei, qui præsentia essentialē & eius esse &ta distinguūt, quorum ratione in solis sanctis habitare Deus dicitur. Deinde qua cōscientia potuit iste, quod dicimus de Christi carne, / nēpe

reipsa, siue suipsius substantia illa minime nobis adesse, & tamē illius per fidem communicatione spirituali & incomprehensibili fieri, vt ex ea æternæ vitæ in ipsa inhabitantis succum hauriamus. Ad Deitatem transferre, quasi ipsius essentiam à virtute sua separemus.

Thesis XIX.

Quidam ex eorum numero non verentur affirmare: Christum non iuxta humanitatē sed secundutu Diuinitatem ultimum Iudicium celebraturum.

Responsio.

Proferatur testimonium, Hoc enim nullus orthodoxus ex nostrorū scriptis sic affirmarit. Scimus enim, Dei gratia, datum esse omne iudicium Filio, etiam quatenus homo est.

Thesis XX.

Cœnam Domini non esse rem tantam, aut adeo Christiani necessariam, quin ea carere possimus.

Responsio.

Hoc quoque ab isto criminatore impudenter confictum credemus donec idoneos testes produxerit, quamuis ne Baptismo quidem, nedium Cœnam Domini, simpliciter & sine exceptione salute in alligemus. Quod si quis etiam tale quicquam scriperit, nostrum non est singulorū errata præstare.

Thesis

Thesis X XI.

Diuis Lutherus de ipsis ante annos 52. scripsit, quod non modò nullum articulum Symboli Apostolici de Christo, sed etiam de Deo & ipsa Divinitatis Essentia prorsus nihil isti credant, idque se certò scire, & in corde suo persuasissimum habere.

Responso.

Si viueret Lutherus, Deus bone, quibus ille vos fœdos gnathones, imo manifestos idololatras, verborū fulminibus feriret, qui Lutherani etiā dici & cognominari, intolerabili cum Christianorū omnī dedecore, vultis? Nam, ne nescias, Andrea, idem est Diuis quod Deus, augustius etiā nomen quam olim Baalis nomē Hebræis fuerit: quod mirum nimox Principibus etiam illis tribuat, quorum nominibus prorsus, ni cauerint, indelebilem maculam inusseritis. Ad rem autem ipsam quod attinet, hoc vnum respondeo, Mutato nomine de vobis Fabula narratur: si fabula dicenda est res tam seria, ut à Græcis μῆδος dicitur: nec aptiūs prorsus in vos dici quicquam, ab hoc vestro, quem sic velitis, Propheta potuit: siquidem si yobis fides habenda est, delenda sunt necessariō, vel intolerabili & adhuc inaudito sensu explicanda quatuor ista Christiani symboli capita, Conceptus est ex Spiritu sancto, Ascendit in cœlos, sedet ad dexterā Patris, & inde venturus est iudicandis viuis & mortuis. Negas? At res ipsa te tuosque conuincit. Non credis? Nullus verò id non credere Brentii discipulos miretur, qui Christi & Petri Deitatem communī utriusque mensura metiantur.

F I N I S.

Errata sic restitue.

Pag. 19. lin. 14, lege, sicut propter hypostaticam unionem, hic homo dicitur Deus, ita per idem quod utriusque in concreto, &c. pag. 49. lin. 9. de te Christus est homo, &c. lego corporea & incorporea, pag. 102. lin. 10. lego summan. l. 14. pro salua lege vera. lin. 18. pro sui lege ipsius. lin. 24. lege, idque non absque Dei decreto euentre. p. 106. l. 2. lege Theologus. l. 22. lege in qua una. p. 107. pro illico lego ultrè. p. 110. l. 17. lege ipsi simus. l. 21. lege illi uni. p. 109. l. 11. pro possit lege debeat p. 111. l. 11. lego dimetendis l. 18. lego accidentales & de te habere. l. 26. lego potentissimam & sapientissimam. p. 112. l. 9. de te infante & lege durante.